BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
1 A
6

14-4-E-2

Нопубза

14-36-a-17

RAIMVN
DI LVLII MAIO
RICI PHILOSOPHI

acutiſsimi, mediciq; celeberri-
mi, De ſecretis naturæ
ſiue Quinta eſſentia
libri duo.

His acceſſerunt,

ALBERTI MAGNI

ſummi philoſophi, De mineralibus &
rebus metallicis libri
quinque.

Quæ omnia ſolerti cura repurgata rerum naturæ
ſtudioſis recens publicata ſunt per magi-
ſtrum Gualtherum H. Ryff,
Argentinenſem
Medicum.

Venetijs apud Petrum Schœffer
Germanum Maguntinum.
Anno

M. D. XLII.

Pertinet ad Bibliotecca S. Francisci de Vrbe

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ORNATISSIMO

Viro Philippo Imſſero Mathematico, uariarumq; rerum doctiſſimo, Gualtherus H. Ryff. Argentinus S. D. P.

NISI MIHI DE LIBERALISSImis moribus tuis & humaniſſ. ingenio tuo conſtaret, hanc nuper ad te ſcribendi prouinciam nõ deſumerẽ, potiusq; in antiquo ſilentio perſiſterem. Cęterum quia nõ tam ex aliorum ſermone, quàm ex mea opinione mihi omnino perſuaſi, te eum eſſe, qui omnes tibi deditos nullo unquam tempore reiiceres, ea propter, has nũc ad te ſerò quidem literulas, amoris duntaxat teſtes eſſe uolui. Quanquã igitur me prorſus ab omni uel ignauia uel ruſticitate præteriti ſilentij nõ excuſo, ſpero tamen fore ut reliquũ meum erga te ſtudiũ boni conſulas. Cupis igitur doctiſſime Philippe, frequẽtius ad te ſcribi, & conſcius fieri eorũ quæ indies nobis parit mẽtis prõptuarium. Aperiam igitur tibi nunc contemplatiunculam, in quam olim ſum deuolutus. Noui dudum priſcos philoſophos, rerum naturæ ſtudioſiſſimos, cum non ſine admiratione, crebra indagine hæc ſcrutarẽtur. Omnia, quæ ſub Luna uiſuntur, ex materia & forma conflata eſſe exiſti-

maſſe, conſtituſſeq́ duo, materiam & formam, eſ
ſe cuiuſuis rei totam integramq́ ſubſtantiam.
Atqui materia & forma ſimul quinarium adim-
plent. Nam materia quaternitas quædam eſt, &
quatuor Elementorum (ſimpliciſſimorum mun
di corporum) complexio. Forma uerò eſt unitas
quæ quatuor Elemētis pacem imponit, rerumq́
quaternitatem moderatur. Eſt igitur quinarius,
metrum & numerus compoſitionis omnium ſen
ſibilium ſubſtantiarum. Quicquid enim cuiuis
mixto ineſt, præter formam, de natura eſt alicu-
ius Elementi, formam autem haud elementarem
eſſe, ſed cœleſtem imitari naturã, inficiabitur nul-
lus. Quo fit, ut omnis ſenſibilis creatura, ſit ex
quinario, id eſt, ex quinque eſſentijs conflata. Si-
milis eſt enim maiori & uiſibili mundo, qui ex
quinq́ maximis & uiſibilibus cõſtat corporibus
Terra, Aqua, Aëre, Igne, & Cœlo, tanq́ ex mate
ria & forma, permutabilis quippe & fluxa eſt mũ
di forma. Cœli uerò unitas fixa ac ſtabilis, ac eiuſ
dem mundi forma, hæc nimirum eſt noſtra illa
cæleſtis quinta eſſentia, quæ ex omni ſenſibili ſub
ſtantia, ſecretiore quatuor primarum Elementa-
rium ſubſtantiarum præcipua & incorrupta eſ-
ſentia relinquitur, uarijs apta uſibus humanis,
Medicæ diſciplinæ Sacrarium. Siquidem huius
uirtus tã latiſſimè patet, tam efficaces huius uires
ut quidã in ea ſententia fuerint ſingulos morbos
qui modo curam recipiant, hac ſola recte curari,

quia cœleſtis,ut diximus,& omnis corruptionis expers. Quoniam uero accidit,mi Philippe,hoc deploratiſſimo ſęculo & tēporū infœlicitate,malo haud dubiè fatalí pleriſq; obrepſiſſe, non dico odium,ſed tędiū & faſtidiū huiuſmodi naturæ ſecreta inueſtigādi,proinde hic medicū imitaturus deiectum appetitū languētis excitantē, propinamus & formis excudi curauimus,libellū Raymūdi Lulij Philoſophi acutiſſimi (qui in hac parte Philoſophiæ,quę pręcipuè ad medicinā ſpectare uidetur,primā laudē meruerit) libellū de naturæ ſecretis,pro publico ſtudioſorū cōmodo, ut ueluti ex porrecto ſigno quodā ad ſacroſanctā hanc Philoſophię partē,medicinæ excitaremus ſtudioſos. Qui libellus tuo ductu,fœlicibus Medicæ artis auſpicijs,publicū aſſequitur,qui harū rerū ſtudioſiſſimus es & eruendis naturæ arcanis indagator ſolertiſſimus. Hūc ut nomini tuo aſcribamus in cauſſa eſt,cōmunis illa ſtudiorū noſtrorum ratio. Spe bona ducti hanc operā noſtrā humanitati tuæ,alijſq; ſecretioris philoſophiæ ſtudioſis nō improbari. Quod ſi quibus aduerſo ſydere natis hęc omnino faſtidio ſunt futura,cum alia ratione curā nō admittant, eos ad anticyras relegamus, eleboro caput purgaturi. Tu interea opera noſtra utere,fruere libello & bene uale. Argentinę, Menſe Martio, Anno Domini M. D. XLI.

RAIMVNDI LVLII MAIORICI, PHI-*loſophi acutiſſ. mediciq́; celeberrimi in primū librum de naturæ ſecretis ſiue Quinta eſſentia, Præfatio.*

LIBER SECRETORVM NATV-*ræ, ſeu quintæ eſſentiæ, qui docet eius extractionē & applicationem ad corpora humana, ad opera mirabilia & ferè diuina perficienda, totius artis medicæ uia philoſophica finienda, quæ occultata, & uera medicina occultatur, & etiam metallorum tranſmutatio obſtruitur, & reſerata quæbet eorum reſerantur, qui quidem eſt imago omnium librorum ſuper his tractantium, quam* Deus *glorioſus exhibuit nobis, ut corpus noſtrum à corruptione quantum foret poßibile per naturam, uſq́;* ad *terminū nobis conſtitutum à* Deo, *conſeruaret, & ut etiam ipſa metalla imperfecta perficiuntur & inuicem tranſmutentur, quoniam uerò deſyderium meum eſt, ut artiſtæ huius artis* Deum *cōtemplantes, per bona opera potius* Deum *intelligant, recolant, & amēt, pauperibus, uiduis, orphanis malè habentibus, ſine precio magno ſuccurrendo, & huiuſmodi opera ue diuina faciendo.* Vt *non ſint ſimiles illi, qui domini talentū abſcondidit, & ad finē ſibi cōmiſſum nō exhibuit, ut ſcribit* Matth. 26. *cap.* C*ōfidēs autē in illo qui inquit p* Moiſen: Ero *in ore tuo, & te docebo quid loquaris, hoc ſecretißimū ſecretorū archanorū archanū uobis duximus declarandū diuina uirtute inſpirante, & ipſius infinita bonitate iuuāte, modicā de ipſis principijs & regulis, ac de ipſius naturæ diſcurſu facientes mētionem.*

De

DE QVINTA ESSENTIA SIVE NATVRAE ARCAnis Raymundi Lulij philoſophi acutiſſ.

LIBER PRIMVS.

IAM VERO VT REM *ipſam commodè exordiamur, dicimus quod principaliter tria ſunt principia, quorũ cognitione artiſta huius artis operatur.* EX *propria ſentẽtia, tam in medicina quàm in alchimica metallica & lapidifica, hoc, quod intendit, ſiue hoc, quod natura occultauit.*

Primum nanq; principium eſt materia, quam artiſtam huius operis oportet cognoſcere, per quod quidem medicina uel lapis, accipit ſubſtãtiale eſſe, quia ſi materia eſt talis, qualem poſtulat natura, erit formæ acceptabilis, quæ per impreſsionis defectum elongari minimè poteſt, quando quippe uirtus ibi operatur, quod eſt medium principale inter dictam materiam & alteras eſſentias, ſicut tibi per proceſſum huius libri dicemus.

Secundum uerò principium eſt ſimplex ualde, reſpectu primi, cum ſit primi medium, per quod quidem primũ immediatè habet perfectionari.

Tertium uerò principium eſt eſſentiæ quintæ, à quibus uirtutes ſeptem dependent, operatiuè, informatiuè in quinque eſſentijs in inferioribus materialibus, quæ ſunt mediatæ. Primum nanque principium ſeu materia primi principij ſunt, Mercurius uulgaris cum omnibus metallis ſuis alterabilibus in illa dealbatione, quam in diſtinctione tertia reuelabimus.

Item principium ſecundum, uel illius materiæ ſunt limphæ ſubtiles, in quibus reſoluũtur limoſitates primi principij, in ſubſtantia mediocri, & ſubtili materia, in qua uere minerales uirtutes quieſcunt. Quippe materia tertij principij eſt nimium eſſentialis exiſtẽtibus uirtutibus ſtellarum fixarum & non fixarum, & earum aſpectus, & iſte per quottidianas influentias infunditur in materia appropriata cum arte ſecũdi principij, quæ immediatè quieſcit in uirtute minerali, tam in hærbis & animalibus, quã in metallis. Cauſat igitur ſecũdum principium, & eſt conueniens receptibile tertij, & omnium ſuarum uirtutum deſcendentium à cœlo, quæ ſunt omnis rei generatæ perfectio et forma ſicut liquidè uidetur per inhærentia principia. Quod uerò generat materialiter à primo, unde exit uirtus mineralis, quæ eſt eſſentia quinta elementalis, quæ eſt materia ſimplex, & hæc uerè perfectionatur in accipiendo formam per eſſentiam quintam cœleſtem, quanquam in ipſa influat & imprimat. Igitur hæc uirtus media grauida & uirtute acuta, artificialiter per materialẽ refluentiã perfectionalẽ, cum ſuis uirtutibus primi principij, ma-

pij, materiam ponit in eſſe perfecto per uirtutem mediam mineralem, quæ eſt communis res lapidibus, & medicinis, & metallis, ſicut plenè tractauimus in noſtro teſtamento, modo generali in parte prima.

Referimus namque tibi, q͂ cum mineralis uirtus ſit cõmunis lapidibus, metallis & plantis. Omnis enim differentia quam accipit una ab altera, ipſa mouetur ab informatione, quæ adminiſtratur ei diuerſimodè, qua una informatione indiget dicta uirtus in metallorum creatione; aut in generatione & eorum tranſmutatione in elyxir, quæ quidem tranſmutatio & informatio, accipitur per gubernationem caloris extrinſeci, qui mouet mineralem uirtutem informatiuam, quærendo motum, ſecundum cognitam intentionem operarij naturalis, ſicut declarauimus in teſtamento, & inferius declarabitur in iij. diſtinct.

Præterea ſumus de intentione, ut breuiter tractemus ſuper teſtimoniũ & codicillum, quia requiſiti fuimus per dominum Regem Robertum illuſtrem. Item reliqua uerò intentio formationis, qua dicta uirtus mineralis indiget ad intentionem tranſmutandi metallorum materiam in lapides precioſos, fit cum magis lento calore extrinſeco & cũ motu tardiori, qui formatur tam per calorem obreſtem quàm per communem coniunctæ & diuerſæ, ſicut declaratum in noſtro lapidario extitit.

Item reliqua uerò formatio, qua dicta uirtus indiget ad compoſitionem medicinæ, fit cum maiori calore, & cũ repentino motu.

A V

v. m. eſt.

trans m. et informatio

Item non debes ignorare uirtutem, quæ cauſatur, quare cauſatur per dictorum trium principiorum coniunctionem, & eorum deriuationem, cuius uerò cognitio habetur per effectum principalem, qui uenit à quantitate, & à qualitate distinctæ, & etiam à motu cœli & ſtellarum, & rerum generabilium & corruptibilium motarum, & per eam informatarum. Non uerò dicimus q; ſit opus artiſtæ operari cum figuris & cœli imaginibus, per cognitionem ſuorum motuum, ſicut quamplures philoſophi aſſerunt. Sed ſufficit habere cognitionem per influentiã caloris cœleſtis, informati per figuram cœli & ſtellarum, quorũ ratione infunduntur uirtutes in materia apte appropriata, & illam recipit per naturalem artiſtæ induſtriam cum reſolutione, quæ fit per artem naturæ ſimiliter. Quæ uerò mutat duram materiam ad principium naturæ ſui ad finẽ, quòd ſit apta ad generationem, ad recipiendum uirtutes in aquis infuſas fortium mineralium uirtutũ, ſicuti ipſam & accipit & recipit uirtutem informatiuam embrionis. Et in iſto paſſu philoſophi fuerunt illuſi ad illorum reprehenſionem, qui cognouerunt quomodo cœleſtis uirtus ſit nimis communis omni elementatæ naturæ ſua magna nobilitate omni tempore determinationem accipit, quomodo in rebus mixtis influitur tantum per artem ſicut per naturã, & hoc quippe fit ratione uirtutum naturalium. quæ ſunt ſibi ſubiectum & proprium retinaculũ talimodo, quòd ſecundum proprietates materiæ, & eius ſpeciem proprie recipiet equinam uirtutem, quod poſt talia con-

dit

dit per naturam, quæ pro miraculo reputantur.

Item notet quilibet artiſta, quod natura operari non poteſt niſi ad minimarum ſucceſsionem, nec etiam poteſt recipere aliquas uirtutes niſi ſucceſsione ſuæ operationis, nec etiam poſſunt ſimul, nec conſtellationes poſſunt ſuffer- re alicuius temporalis ſtationem punctuarij in certa uir- tute, quæ confeſtim non diuerſificetur, etiã dato quod poſ- ſet. Tempus quidem conſtellationis eſt ita minimum ratio ne circulorum reuolutionis, quod ante tranſit de una uir- tute in alteram. Cur quippe non ſine cognitione ſuorum motuum, in qualitate & quantitate, immo per artem ſuc- currimus ad accipiendum & uenandum uirtutes iam di- ctas cœleſtes, cum ſint communes omnibus rebus inferiori bus, & illas quoque includimus in aquis grauidis ex uir- tutibus mineralibus ad hunc finem, q. in tempore modico poſsimus exhibere multas uirtutes & infigere in hoc q. elyxir, uel medicina humana, uel lapis precioſus uenit ad terminum, & cum dicta uirtus communis, quæ in antea fuit atque deuenit de cœlo per curſum naturæ in materia prima, admiſit de ſua propria uirtute in multiplicatione luminaris terreſtris uaporabiliter ſublimati, cum ingenio artificiali, cum igne & diminutione ipſa per uirtutẽ poſt inſtinctu naturali attractiuo uirtualiter recipiet reliquas potentias terribiles, quibus impletur cauſſa inuacua, & ingrediuntur per influentiam penetratiuam ſubtilem in alijs potentijs in ſpirituali materia ſubtiliatam in ſimplici tate per ingenium naturæ, & artis reſtauratiuæ.

Item intellige, quòd iſta attractio uirtutum ſimpliciũ ſit ſimul uirtutibus materialibus, quia ex eo operamur in locis materialibus nullo poſſunt tempore attrahere niſi concordantes materias, & ſimiles in materiali natura. Sed in tantum inquantum operamur, & ſimpliciter in deſcenſu cum impreſsione, & uirtutis influentia in dictis materijs, deſcendendo iam ſic quòd non ſit intantum diuiſa, & hoc per magnam & potentem ſubtilitatem realium entium cœli & planetarum. Per quam uerò accipiant generalem uirtutem & communitatem in natura inferiori uſquequaque influent & in determinata materia. Tunc uerò accipiunt certam determinationem per cauſſam conſyderationis, quæ accipitur per materialia, quæ retinent illas ſicut ſpiritus animæ. Et tunc ſequendo uirtutem ſui generis ſecundum meritum materiæ, in qua influuntur. Et propter hoc Baſiliſcus interficit, & fulgur nummos liquefacit ſine burſæ leſione, totum hoc non eſt, niſi quintæ eſſentiæ congregatæ & receptæ in unum iam natæ in ſimplici materia elementorum, ſecundum quod materia unius elementorum dominatur ſuper alterum, ſecundum quod coadunatur per uirtutes iam dictas operatiuas cum eſſentijs quintis elementorum in certa & propria determinatione poteſtatis, ut patet in baſiliſco & fulgure quibus uirtus eſt altioris elemẽti ſimplicisſimi in materia ſimplici, in quibus dictæ ſextæ uirtutes infunduntur, & ideo interficiunt ſubitò etiam medicinæ compoſitæ in ſubtili & proportionata materia dictis uirtutibus in inſtãti uel qua

ſi mutant corpora humana, uel metallica, & hoc ratione ſupradicta probatur: ſed nuper baſiliſci naturam multi philoſophorum conſyderauerũt in metallis operari cum materiæ ſubtiliatione, & penetratione, & retentione, & inſpiſſatione dictæ eſſentiæ quintæ intus in materia metalli, ut ex ipſa fiat elyxir, quæ uera fuit in hoc &c.

Veruntamen triplicem conſyderationem in principio ſecundi habemus.

Primò in medicina humana.

Secundò in metallorum tranſmutatione.

Tertiò in lapidibus precioſis

In primo enim non conſyderamus niſi aquas aereas, in duobus uerò ultimis aereas & terreas.

Conſyderamus tamen ſpecifico modo, ut patet per eorum libros ſcilicet lapidarium & teſtamentum & codicillum, ut infra uidebitur in tertia diſtinctione, quia unius ſunt naturæ, quæ in terra mittuntur, & alterius quæ ad aerem ponuntur. Quæ uerò in terra mittuntur, habent uirtutem fixatiuam & coagulatiuam. Et aquæ aereæ habẽt poteſtatem indurari & coagulari, ita in elyxir ſicut in lapides precioſos, ſecundum quod proportionatur materia uel ad elixir uel ad lapides iam dictos, & quo ad indurandum, fixandum, uel coagulandum, indigent forti uirtute minerali ſine aliqua ignitione multiplicata per cœleſtes uirtutes, quæ habent uirtutem conſtrictiuam & imitantur proprietatem materiæ & loci, ideo ponuntur & inhumantur in loco terreſtri, quia nullius alterius elementi

locus ita competit, per experientiam enim uidemus, quod radij corporum cœleſtium non ita uniformiter congregantur ſicut fit in terra. Tanta eſt igitur uirtus radiorum corporum cœleſtium, qui influunt in terram, quod per uim ipſa tantum rerum terribilium eſt productiua, quod narrari non poteſt, propter hoc quod eſt receptiuum, conſtrictiuum, firmatiuum, generale omnium illorum uniformiter in figuris, & formis diuerſis ſubtilibus cum informatiuo adiutorio, quod ſol eis dat uirtute ſuæ circulationis & ſui motus, quod eſt principale informatiuum immediatè totius naturæ inferioris, quæ in partes tres diuiditur principales ſcilicet animalem, uegetabilem, & mineralem ſicut declarauimus in pluribus libris, & potiſsimè in libro de intentione alchimiſtarum & codicillo.

Et propter hoc cũ terra ſit locus, in quo radij omnes ſtellarum influunt uirtutes proprias, & in quo cogantur, per quos influunt in ipſa proprias uirtutes operatiuas, et uiuificatiuas, ſicut ſuarum ſpherarum centrum et retinaculum principale ſuarum uirtutum in curia ſcita cum omnibus ſuis partibus, et iam pars illa, quæ mortua eſt ad uitam reuertitur per partes coniunctiuas cum cœleſti uirtute & eius ſpiritus. Et quidem plus etiam dicimus, quod quomodo aquæ noſtræ in terram ponuntur, ſicut tibi dicimus, ipſæ trahunt ſuis proprijs uirtutibus uires terræ, quas uerò accepit à cœlo cum ſua uirtute propria plus de duobus archi proiectionibus, ſicut ferrũ trahitur per adamantem, & hic retinetur, quia proprie-

tas

tas cœleſtis eſt uirtutis, quòd quanto deſcendit in terreſtri elemento tanto creſcit per terram per ſpiritum increſcendi, & per ſpiritum per condenſationem uſque inueniatur primum in retinēdo cum ſpiſſatione, cum hoc certum ſit quod nullum terreſtre corpus exiſtens in ſua ſolidatione propriè non eſt aptum ad recipiendum uirtutem, nec illam retinere, ſicut refert donec quod in medio eſſentiali, quod eſt ſpiritus, quid eſt ſubiectum animæ & à corpore primò acciperet taliter quod diſſoluatur.

Poſtea trahatur ſpiritus eius à uentre eius, quoniam ita poſtulat ratio naturæ, & propter hoc tamen per nos per artificium ſimile naturæ materia propria & altiſsimo ſpiritu, in quibus uirtutibus habent retinaculum corporis in ſpiritu per reſolutionem trahuntur & apprehenduntur cum noſtro ſpiritu, qui intus eſt in uitro, et inhumato in terra cum ſuo proprio appetitu cum condenſatione, & cum tali ſpiritu congelamus argentum uiuum uulgi in probatum argentum tam bonum, ſicut de minera ſine attendendo ignis calorem, qui dicitur communis, ſicut declarauimus in libro, qui dicitur experimentorum qui liber eſt principalis, & clauis omnium librorū, quos uſq; ad iſtum compoſuimus in hac arte.

Intellige igitur, quid poteſt ipſe facere cum ſua conſtrictione in alijs materijs, cum ſine igne nobilificat argētum uiuum, quod eſt communis & rudis ſubſtantiæ per tranſgreſſum eius per medium ratione medij naturalis. Et cum hoc ſufficit tibi modus generalis, aquarum tā ue-

getabilium quàm mineralium ad medicinam humanam, & lapides precioſos, & hæc eſt regula generalis.

Dicto de intentione & conſyderatione quintæ eſſentiæ rerũ, nunc dicendum eſt de eius extractione. Et primo à quinta eſſentia uini incipiamus, cum ipſa ſit uirtus, per quam omnis huius libri adimpletur operatio. Hoc eſt, in quo omnes laborauerunt inquirentes rem creatam aptã ad finem, qui principaliter poßit humanum corpus à corruptione et à putrefactione ſeruare et diminutione, quia hoc eſt quod omnes naturaliter affectant nũquam mori.

Secundario ut magiſterium tranſmutationis metallorum et lapidum ſit ſecundũ rei ueritatem reuelatũ, cum in quinta eſſentia uini conſiſtat totum. Nam & ait Paulus de homine dicens in epiſtola ad Corynthios. Nam et quid ſumus in tabernaculis noſtris niſi iugum miſeriarũ ſcilicet ex infirmitatibus, eo quod uolumus expoliari, et eſſe cum Chriſto. Hæc Paulus. Quoniam pauci philoſophi peruenerunt ad notitiam rei talis & eiuſdem, & ratio huius eſt, quia medici & philoſophi, Theologi, noſtri temporis nihil faciunt niſi pecuniæ deſyderio, & ad finẽ honoris, quare Deus nequaquam uult hoc ſibi conferre, cum ſibi ſint contrarij per auaritiam & largitatem. Sed inquit noſter philoſophus & ueridicus Paulus ad Hebræos capitulo quarto in fine. Conſtitutum eſt hominem ſemel mori, ſequitur quòd fantaſticum eſt quærere rem ad corporis hominis perpetuationem, maximè quia Geneſis capitulo ſecũdo, inquit Deus. Ne forte Adam mittat manum

tat manum ſuam & commẽdat de ligni uitæ fructu, & uiuat in æternũ, emiſit igitur Deus *ipſum de* Paradiſo*&c.* Et *ſubdit.* Et *collocauit* Deus *cherubin flammeum gladium atque uerſalitem habens in cuſtodiam ligni uitæ.* E*ſſet igitur fantaſticum affirmare, quòd* Deus *daret ei rem ut perpetuaretur extra* Paradiſum *ex quo prohibitum ſibi extitit.* Hoc *autem ex ſacro textu ineffabiliter teneamus, quòd* Deus *unicuique terminum uitæ præſtat, quod nullo ingenio humano pertranſiri poteſt, uel quocunque eius ſubſidio* Iob *dicente.* Breues *dies hominis ſunt & numerus illorum apud te eſt.* P*oſuiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt, ergo quærere ſubſidium ad uitæ terminum prolongandum fantaſticum eſt & inane.*

R*eſtat igitur rem quærere, quæ citra terminum uitæ noſtræ poßit corpus noſtrum à putrefactione ſeruare, & infirmum curare, & deperditum reſtaurare donec ueniat ultimata mors in termino præfixo ab altißimo creatore* Deo. R*atio nanq; naturalis nobis demonſtrat, quòd corpus hominis poteſt per rem minus corruptibilem à corruptibilitate cõſeruari aut ab infirmitate ſanari, quã partem magis corruptibilem cum corruptibilitas, & etiam defectus & perfectio contrarientur, nam uno ſimili addito ſibi ſimili, facit magis ſimile.* N*ulla igitur res quæ ad non eſſe habeat inclinationem, conſeruari poteſt per conſimilem rem. Sed quærẽda nanque eſt res quæ ad ſe habeat inclinationem, unde quanto magis res inclinationem habet ad eſſe, tanto minus habet in ſe de cõ*

trarietate & corruptione, ſed nulla talis medicina multis reuelata eſt, in qua ſit tãta perfectio appetitus ad eſſe, quod quantum miraculoſe effectum faciat mirabilem in humanis corporibus, quod reputatum quaſi ad miraculum. Sed nulla medicina de mũdo hoc poterit niſi noſtrũ menſtruum uegetabile cœleſte animal, dicitur Quinta eſſentia, nam carnes à corruptione conſeruat, elementatiua confortat, iuuentus priſtina per ipſam reſtauratur, ſpiritum uiuificat, crudum digerit, rarum indurat, induratum rarificat, macrum impinguat, pingue debilitat, inflammatum infrigidat, infrigidatum inflammat, humidum deſiccat, ſiccum humectat quoquo modo, una et eadem res contrarias poteſt operationes, ſolus actus unius rei diuerſificatur ſecundum naturam recipientis ſicut calor ſolis, qui contrarias operationes habet, quia lutum deſiccat, & ceram liquefacit. Actus tamen ſolis unus eſt in ſe, neque quantum in ſe contrariatur. Item dictum fuit ſupra, quòd ſpiritus iſte in ſubtili materia eleuatus, appetitum habet ad hanc complexionem, uel ad illam, quia per philoſophos prima materia eſſe rerum aſſeritur.

Nanque ſicut forma uniuerſalis habet appetitum ad omnem formam, ſic Quinta eſſentia ad quamcunque complexionem, ex quo euidenter patet quòd Quinta rerum eſſentia illius dicitur eſſe complexionis cui adiungitur, ſicut ſi calidis adiunguntur calida, fit in eodem gradu & fortiori propter ſubtilem materiam, in qua ſua forma, & actus eleuati ſunt cum quibus ita operatur,

ſicut

ſicut baſiliſcus & fulgur, de quibus ſupra diximus. Hanc uerò naturam aliqui dixerant non eſſe calidam, neque humidam, nec frigidam, nec ſiccam, ex eo quia de ſui natura cum omnibus cōcordantiam habet, qui uerò in hoc errauerunt, contra quos nos formamus hanc rationem. Omne quod eſt, aut eſt intellectuale, aut ſenſuale, cum in rebus uegetalibus non ſit intellectuale, nec in mineralibus, eſt igitur ſenſuale, ſenſuale uerò omne eſt compoſitum ex quatuor elementis, & quia compoſitum ex quatuor elementiis, oportet quod in quolibet elemento elementa ſint actu, aliás enim elementata nō erunt compoſita, niſi ex accidentibus elemētorum, et ſic indiuidua erūt accidentia et nō ſubſtantia aut erunt cōpoſita ex alia ſubſtantia præterquā elementorum, quod eſt impoßibile.

Præterea eſſet poßibile, quòd actus alicuius accidentis inſeparabilis eſſet ſine ſubiecto proprio in aliquo indiuiduo, ſicut caliditas ignis, quæ in indiuiduis impoßibile eſt exiſtere ſine proprio ſubiecto ſuo, & hoc eſt impoßibile. Eſt igitur Quinta eſſentia compoſita ex quatuor elementis, & in ipſa ſunt actualiter omnia elementa cum omnibus ſuis actibus. Sed omnia in ipſa ſunt aggregata in tam ſubtili materia, & in forma tam ſubtili, & tam ſimplicitati propinqua reſpectiuo modo, ſicut in oculo baſiliſci, ut per experientiam patet in curatione morborum, & in metallorum tranſmutatione, & in precioſorum lapidum confectione.

Non autem intelligas ſolum de una ſpecifica nos hoc

dixiſſe, ſed in generali de quibuſcunque quinque eſſentijs, iuxta ſuum modum & operationem. Hanc uerò naturam philoſophi uocauerunt cœlum, quoniam ſicut cœlum influit in nobis aliquando calorem, aliquando humiditatem, & cætera. Sic Quinta eſſentia in corporibus humanis ad artiſtæ placitum. Et quidam naturam iſtam ad unum contractam dixerunt menſtruum, quia menſtrui proprietatem retinet, ut in libro tertio dicemus. Scimus nanque iſtam naturam modernis eſſe occultã, et ipſos pœnitus de eius ueritate nihil perpẽdere.

Huic uerò cœlo applicamus ſtellas ſuas, quæ ſunt plantæ, lapides, & metalla, ut communibus omnibus in nobis uitam & ſalutem. Hanc naturam princeps medicorum Hippocrates *ſcitè medicis præmiſit dicens in prognoſticis. Eſt etiam quoddam cœleſte, quod ipſum medicum præuidere oportet, cuius ſi tanta ſit prudentia, fit admirabilis nimiumque ſtupendus, nonne illius eſt ut fieri rerum periculum omnino prohibeat, aut ſalutem competenti adminiculo tolerabilius faciat, quaſi dicat, quod ſic.*

Certè uerum dixit Hippocrates, *quia futurum periculum euitari poteſt à corporibus, ex eo quia omnem incorruptibilitatem, ex qua infimitas prouenire poteſt expellit et humores inæquatos æquat.* Aut *poſtquam infirmitatem proſpexerit, competenti adminiculo adminiſtrato tolerabilius facit, quia infirmum liberat* Deus.

Præterea admirabilis eſt ſapientia magiſtri hanc naturam

turam cognoſcentis, quia cum hac natura talia opera in medicina condit quod uideatur miracula facere.

Galenus enim ueritatem huius narrare noluit, quia ipſe dixit aëris dipoſitione nos continentis, ut uidetur in gloſ. prognoſtice. His etiam *modernis reuelata eſt hæc natura per* Ioannem Damaſcenum *in libro de ſimplicib. medicinis in principio dicentē*: Nulla *eſt cauſa quærenda niſi à cœlo, ſed à quo cœlo aſſignare noluit. Sed ſolum tibi hoc eſt per nos reuelatum, ut* Deum *intelligas, ames & recolas, & ſis memor finis tui, omnia ad honorem & laudem* Dei *applicando.*

[library stamp]


primæ diſtinctionis ſeu 1. lib. quæ docet extrahere Quintam eſſentiã a plãtis, & primo a uino unde incipit Canon 1.

NON reputes nos mendacium dixiſſe in hoc, quod de Quinta eſſentia præmiſimus. Quare ſcias, quòd nullus modernorum ſciuit nec ad eius peruenit notitiam, nec uidimus in diebus noſtris, quòd quis intelligeret de hoc quicquam ſcilicet de ſecreto & magiſterio eius.

Igitur in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Accipe uinum rubeum uel album, & ſit de meliori quod poterit reperiri, uel ſaltem capias uinum, quod non ſit acetoſum quouis modo, neque parum, neque nimium, & deſtilla aquam ardẽtem, ſicut conſuetum eſt per cannas brachiales æris, & poſtea rectifica illam quater ad maiorem rectificationem. Sed dico tibi quòd ter ſufficit rectificari & bene claudere, ut ſpiritus comburens non exalet, quia in hoc quamplures errauerunt uſque ad ſepties arbitrantes rectificari. Eſt autem tibi ſignum infallibile, poſtquam uideris, quod zuccharum madefactum in illa poſitum ad flammam comburatur ſimiliter aqua. Poſtquam autem ſic habueris aquam præparatam, tu habes materiam de qua Quinta eſſentia trahitur ad actum, quæ eſt una principalis, de qua intendimus in libro hoc. Accipe igitur illam & pone in uaſe quod circulationis appellatur uel in pellicano, quod dicitur uas hermetis, quorum forma inferius apparebit, & claude fortiſſime foramen cum


olibano

olibano, uel maſtice molli, uel uiua calce mixta cum ouorum albumine, & ponas in fimo calidiſsimo per ſui naturam, aut in uinacia, quibus nullus calor per accidens attribuitur, quod facere potes, ſi in quantitate magna poſueris de qualibet iſtarum rerum ad angulum domus quæ quantitas ſit xxx. onera gerularia. Hoc eſſe oportet ut calor non deficiat uaſis, quia ſi calor deficeret, corrumperetur aquæ circulatio, & quod quærimus non fieret, ſi non calor continuus ei adminiſtratus fuerit per continuas circulationes. Noſtra Quinta eſſentia ſeparatur in colore cœli, quod uidere potes per diametralem lineam, quæ partem ſuperiorem ſcilicet Quintam eſſentiam diuidit ab inferiori ſcilicet à fæcibus, quæ ſunt in colore turbido. Eſt autem natura iſta quaſi incorruptilis, & immutabilis, ex eo quia ad tantam glorificationem deueniet.





Vaſa Circulatoria.



Nam et ita habet reſpectu totius corporis mundi, illo modo quod per artificium mutari poteſt natura.

CANON SECVNDVS IN QVO CONtinetur *ſcientia, qualiter noſtra Quinta eſſentia ab artiſta cognoſci poteſt.*

Facta per multos dies in uaſe circulatione, aut in uaſe hermetis continuatio circulationis aperies foramen, quod cum dicto clauſore obſtruxiſti, & ſi odor ſupra mirabilis exeat, ita quod nulla mundi fragrantia ei comparari ualeat, in tantumque uas poſitum ad angulum domus miraculo inuiſibili trahit omnes intrantes, aut uaſe poſito ſupra turrim trahit omnes aues, quibus omnibus odor nares attigerit, ita quòd circa ſe ipſum ſtare faciat, tunc noſtram Quintam eſſentiam, quæ aliter dicitur mercurius uegetabilis ad tuum libitum, ut applices in magiſterio metallorum tranſmutationis. Quod ſi non inueneris influxũ attractionis reclude uas ut prius & pone in loco prius aſsignato, & ſtet ibi donec conſequaris ſignum prædictũ. Hæc uerò Quinta eſſentia ſic circulata & rectificata nõ habebit illum odorem niſi corpus ſit diſtillatum in ea & illum ardorem in ore tuo ſicut aqua ardens, hæc quidem uocatur à philoſophis clauis totius artis philoſophiæ, & tã cœlum quàm noſtra Quinta eſſentia, quæ eius adiutorio uenit ad tantam ſublimitatem nobili forma ſunt impleta, & ſubtiliſsimam materiam habent, ut per ſe ſolũ, & cum ſtellis terrenis, quas ſupra diximus, faciat operator huius operis miracula ſupra terram.

CANON TERTIVS QVALITER NOſtra Quinta eſſentia, ſeu uegetabilis mercurius haberi poteſt ſine magnis expenſis pro his qui altiſsma paupertate præmuntur.

Concreauit altiſsimus non ſolum in aqua ardenti, ſed in omni planta, lapide, & metallo Quintam eſſentiam quandam durabilem atque mirabilem, atque etiam in animalibus, ſerpentibus, &c. Aperi igitur intellectum, & intelliges ueritatem, quia res generabilis & corruptibilis ſtatim deſtruitur poſtquam ui corruptionis rei & elementorum contrarietate exalat. Nam hoc ſignum à uino accipere poteris poſtquam conuertitur in acetum, quia ab ipſo aqua ardens diſtillari nequit, nec per conſequens Quinta eſſentia, cum Quinta eſſentia, cum aqua ardenti & ſpiritu conbuſtibili trahitur, quæ Quinta eſſentia dum eſt in uino uinum in ſua uirtute exiſtit, ſin autem conuertitur in acetum, & ſic de alijs ſimilibus iſtis, trahas ergo Quintã eſſentiam cum aqua ardenti, ſimul per cannas bracchiales ut ſupra diximus ex quocunque uino, quamuis turbato & feruido, preterquam ab aceto, cum in aceto non eſt aqua ardens, nec per conſequens, Quinta eſſentia. Nam ſumma cautela eſt talia uina pro modico precio, quæ inueniuntur habere, & facere ut ſupra, quia Quinta eſſentia, quæ quaſi incorruptibilis eſt propter malam uini complexionem non corrumpitur, modus namque primus & omniũ principalis eſt, quem tibi ſuperius nominauimus. Secundus eſt uerus, quod capias ampullam cum collo longo, & ex di-

ĉta aqua ardenti imple duas partes & obtura collum am pullæ claudendo prius ipſum cum cera, uel dicto clauſo= rio ac deinde ſepelias eam totam in loco ſuperius deputa= to, & ſtet ibi donec conſequaris ſignum prædictum, quam trahes perforando collum ampullæ. Caueas tamen in at= tractione eius à uaſe, quoniam ſtatim miſcetur Quinta eſ= ſentia cum fæcibus ſi forte ſuauiter non eleuata eſt à loco circulationis per artiſtam deputatum.


Hæc uaſa ſunt illa, quæ tibi ſuperius nominauimus, ex quibus fit magiſterium, quæ ultra roſtrum impleri debēt aqua ardenti, & uaſa iſta habent formam cubitalem in lon go & in ampla menſuram unius palmi, & ſint integrè fa cta & ſolida.



CANON QVARTVS QVI DOCEBIT
te extrahere Quintam eſſentiam ab omnibus plan
tis fructibus & radicibus & carnibus
ouis & ſanguine.

Eſt aliud ex ſecretis naturæ, ut ſcias trahere Quintam eſſentiam ab omnibus plãtis fructibus radicibus carnibus animalium & ouis, & auium, & ſanguine, &c. Capias *igitur quancunque rerum uolueris, et teras bene fortiter in mortario, & pone ad putrefaciendum in uaſe per quadraginta dies, poſtea extrahas, et diſtilla aqua per alembicum ter uel quater, ſic aquã ardentem feciſti, & in quolibet ſupradictorum uaſorum pone ad circulandum, donec ſignum conſequaris odoris prius iam dicti, aut trahas à quacunque iſtarum rerum quattuor elemẽta & aërem & ignem ponc in uaſis iam dictis, & fac circulari, donec conſequaris ſignum prædictum, maximum enim eſt opus factum in magiſterio medicinæ.* Omnes *iſtæ Quintæ eſſentiæ ſunt quo uis iſtorum modorum extractæ, in millecuplo enim plus operantur quàm earum medicinæ ante earum extractionem taliter quòd pro miraculo reputatur apud uniuerſum orbem.* Nihil *quippe in omnibus quinq; eſſentijs addimus ſcilicet in earum extractione niſi quòd per nouum artificium ſuperflua debemus remouere.*







CANON QVINTVS, QVI DOCEBIT *extrahere quatuor elementa ab omnibus rebus ſcilicet plantis, animalibus, & metallis.*

Cum prætermittamus pro modico tibi reuelare ſecretum ſcilicet qualiter poteris elementa ab omnibus rebus ſcilicet metallis, plantis, & animalibus extrahere, & regula generalis eſt quod illa, quæ de plantis terenda fuerũt terantur, & poſt contritionem ponantur in uaſe uitreo in fimo equino ad putrefaciendum per menſem cum dimidio, quo tranſacto pone ſuper uas caput ſuum, & diſtilla aquam per balneum mariæ, quod tibi ſuperius reuelauimus per figuram unam, quouſque per balnei diſtillationẽ plus noluerit diſtillare, tũc temporis extrahe cucurbitam à balneo, & reitera aquam, quam diſtillaſti ſuper fæces, & obtura bene cum ſigillo, & claude, & pone ad putrefaciendum per decem dies, poſtea extrahe, & pone deſuper caput alembici, & diſtilla per ignem cinerum, quouſque noluerit plus per illam diſtillationem diſtillare. Tunc ſcias, quod tu habes extracta duo elementa ad partem, nũc igitur ut diuidas illa, quæ ſunt aer, & aqua facies ſic. Aquam illam quam per ſecundam diſtillationem diſtillaſti accipe & pone in cucurbitam diſtillationis, & repone caput alembici & diſtilla in balneo, & illud quod diſtillaueris non eſt niſi aqua, quoniam per illum gradum caloris nihil aliud exit. Nam ignis balnei dicitur ignis primi gradus, & ignis cinerum dicitur ignis ſecundi gradus, & ignis ardens dicitur ignis tertij gradus. Valde utilis eſt

iſtà ſcientia graduum ignis ad iſta cognoſcenda potiſsimè in metallo propter caloris confuſionem, & tunc aer manet in fundo uaſis, quia nõ ualuit per calorem ſecundi gradus exire, & tunc reponè ad partem, & reitera aquam, quam ab aere extraxiſti ſuper fæces, & fac ſicut prius & ponè ad putrefaciẽdum in fimo per tantum tempus, ſicut de aere feciſti, & pone ad diſtillãdum in igne tertij gradus & da ſibi ignem, donec totus diſtilletur, & poſt hoc reitera ad diſtillandum in balneo, & exibit aqua, & ignis manebit in fundo uaſis, quia non ualet per illum calorem exalare & ſerua ad partem. Hæc quæ tibi diximus de omnibus uegetabilibus intellige quæ in ſucco abundant. Et ſic quoq; facies in metallis prius cum noſtro mẽſtruo illa reſoluere facies ſub fimo per unam hebdomadam, & quòd menſtruum ſit acutum cum uegetabilibus, aliquibus illorum, quæ inferius in quæſtionario dicemus. Poſtquam uerò metalla fuerint diſſoluta pone ad diſtillandum in igne primi gradus & exibit menſtruum, & manebit calx metalli in fundo. Poſt hoc uerò reitera ſupra fæces metalli, de nouo menſtruo ad pondera metalli, & pone ad putrefaciendum per menſem cum dimidio, & poſt hoc diſtilla ſicut feciſti de uegetabilibus, ſed qualibet uice addas nouum menſtruum ſuper fæces. Multæ fuerunt opiniones philoſophorum in extractione elemẽtorum à mineralibus, ſed hic ponere non curamus, quia diuerſimodè tractabimus in tertio libro.

Canon

Multi philoſophorum in aqua forti communi facta ex uitriolo & ſale nitro ſua corpora metallorum diſſoluebant, & per euaporationem trahebant aquam illam, & calx corporum remanebat infra uas, & poſtea cum aqua dulci cõmuni illam abluebant, & per euaporationem trahebant aquam illam. Et poſt illam calcem cum menſtruo diſſoluebant ad opera ſua, quæ non ſecundum quod competebat ſequebatur finem optatum. Ratio eius eſt, quia diſſolutio, quæ fit cum forti aqua non eſt talis, ſicut natura poſtulat, & quia etiam illi, qui talia fecerunt, ignorauerunt uegetabilia noſtrum menſtruum acuentia, & etiam ignorauerunt aquam mercurij uulgi, quam in compendio miſſam regi Roberto reuelauimus, quod compoſitum eſt ſuper teſtamento & codicillo in parte illa, quæ tractat de compoſitione margaritarum ſic conditarum, & cætera. Sed tibi reuelabimus in hoc capitulo calcinationes, in qua nullum metallorum amittit de ſpecie, & menſtruum infra modicum tẽpus ipſum reſoluet. Et magiſteriũ huius ſecreti tale eſt, quod tu capias aurũ uel argentũ in tenues laminas redactũ, et accipe particulã cũ tantundẽ de argento uiuo uulgi, et pone ad ignẽ lentũ, et cum fumauerit mitte laminas, & moue cum ligno, et poſt hoc mitte in gazola in aqua quæ ſit frigida, et ſi talis fuerit paſta, quod frangatur ad modũ metalli cãpanarũ, niſi reuertatur maſſa alembici, & dimitte euaporari plus de argento uiuo, & iterum mittatur in aqua, & poſtquam dura fuerit, ſicut dictum eſt, pone paſtam in galaiade ut

diximus cum quarta parte ſui ſalis communis & conte-re fortiter donec paſta, et ſal totum uideatur ſal nigrum. Accipe igitur iſtud ſal, et pone in ſublimatorio ſi uolueris ſeruare argentum uiuum, quòd ſi non, pone illum in quadam gazola, quæ ignem ſuſtineat, & da ſibi ignem donec uidebis, quòd totus mercurius exalauerit, uel ſublimauerit. Poſtquam uerò hoc compleueris, mitte iſtud ſal in altera gazola, et ſuperpone de aqua feruentiſsima, ſecundum quod tib uiſum fuerit, & miſce cum quodam ligno, et ſal fundetur et uertetur in aquam nigram, quam quieſcere dimitte, & poſt illam extrahe & mitte paſsim euertendo, donec tota euerſa fuerit, & calx remanebit inferius. Iterum ſuper mitte de aqua feruentiſsima, & fac ſicut prius, et iterum mitte ſibi de ſupradicta aqua, donec exeat à calce clariſsima, ſicut miſſa fuit, & tunc pone calcem ad deſiccandum ad ſolem, & habebis ipſum perfectiſsimè redactum in puluerem ſubtiliſsimum ad uſum artiſtæ, cuius uis. Item cætera metalla habent diuerſum modum calcinationis, de uenere fit calcinatio, ſicut fit æs uſtum. Saturnus & Iuppiter calcinantur cum ſale communi præparato agitando in alboth cũ ligno, et mittendo ſal modicũ, et poſt hoc abluatur, ſicut dictũ eſt cum aqua feruentiſsima, et poſtea pone ad deſiccandũ et factum eſt.

CANON SEPTIMVS IN QVO CONTI*netur ſciẽtia ad extrahendũ Quintam eſſentiã rerum omnium ad applicandũ illas corporibus humanis ſecundum quod opportunum fuerit.*

Deus

Deus talē cœli contulit uirtutē generaliter Quintæ eſſentiæ ut extrahas illā b aomni ligno, fructu, flore, radice, folijs, lapide et metallo, carne, ſemine & ſpecie, quæ Deus *conditor naturæ creauit, cuius quippe ſecreti magiſterium tale eſt, poſtquam uini Quintam eſſentiam habueris à fæcibus ſeparatam, cum propria noueris poſſe extrahi Quintam eſſentiam infra tres horas, ut euitetur tantus labor, atque tedium. Capias igitur in* Dei *nomine quancunque rem, à qua uolueris Quintam eſſentiam ſeparare, & mitte illam in noſtram Quintam eſſentiam uini, & pone ad fortem ſolem in uere, uel pone illam cum uaſe ad ignem leuem, & infra tres horas habebis Quintam eſſentiam rei mixtam cum Quinta eſſentia, quæ conuertetur in talem naturam, ſicut res quæ ſibi mittetur, igitur ſi ſit calida, ſi frigida, ſi humida, ſi ſicca, ſi laxatiua, uel cuius uis alterius conditionis & odoris fuerit, talis naturæ ſit, quia ut ſupra tibi reuelauimus appetitum habet ad hanc complexionem, uel ad illam talem. Igitur Quintam eſſentiam habebis ſicut res quam tibi intromiſeris talis odoris, ſaporis, complexionis, uirtutis, operationis, &c. &* Ideo *maxima cautela eſt hæc in operatione medicinæ, ut cum una & eadem medicina ſcias diuerſas operationes facere, ad quam forſitan non peruenit operator duræ ceruicis, & cætera.* Et *ſic cum cœlo noſtro à ſtellis ſuis quas ſupra nominauimus, fiet per naturā quod reputabitur ad miraculum.*

CANON OCTAVVS, QVI DOCET *quæ ſunt res calidæ in primo gradu ſimpliciter, ut talis naturæ reddatur Quinta eſſentia noſtra ad applicandum ad humana corpora.*

Hactenus uerum plantarum ſecretum tibi pandemus, ſcilicet in earum complexione, & primò de calidis ſimpliciter in primo gradu, unde medicinæ calidæ ſimpliciter in primo gradu ſunt iſtæ ſcilicet.

Abſinthium	*Flores naſturtij*
Semen coriandri	*Amigdalæ dulces*
Borago	*Auellanæ ſiccæ*
Altea	*Capparis*
Atriplex	*Folia gariophilorum*
Eupatorium	*Cardamomum*
Sticados arabi	*Licium*
Tribulus marinus	*Storax liquida*
Radix peoniæ	*Pulli columborum*
Radix ariſtologiæ rotundæ	*Semen alteæ*
Caſtanea	*Semen trifolij*
Spica celtica	*Sādaraca*
Camomilla	*Triticum*
Nuces	*Panicum*
Semen caulis	*Sarcocolla*
Mora matura	*Muſcum*
Iuiube	*Vitrum*
Ficus ſiccæ	*Caro camelina*

Vitulina

Vitulina	Cuſcute
Gallinarum	Folia lauri.
Faſianorum	Amomum
Anſerum	Crocus Spica nardi

De iſtis quippe operare ſecundum exigentiam, & talis complexionis uirtutis reddetur tibi Quinta eſſentia noſtra.

CANON NONVS, CALIDA IN ſecundo gradu.

Si propter infirmitatem prouenientem habitus in tanto gradu, frigiditatis quod medicinas in primo gradu calidas operari non poteſt, applicet ſibi medicinas in ſecundo gradu calidas, quæ ſunt hæc, quæ ſequũtur, ut docet canõ.

Polium	Bulbi
Praſſium	Carui
Centaurea minor	Tamariſcus
Catapucia	Amigdala amara
Reubarbarum	Dactili
Lignum aloe	Mel recens
Vuæ amaræ	Semen aneti
Citri cortex	Bruſci
Fœniculi	Apij
Aſparargi	Petroſelini
Eorumq; radices	Semen peoniæ
Radix apij	Xilobalſamus
Daucus	Folia citri
Semen urticæ	Nux muſcata

Mentaſtrum	Serapinum
Calamentum	Oppoponacum
Pullegium	Origanum
Nuxindica	Rutha domeſtica
Lupuli	Squinantum
Saxifragia	Porrum
Yreos	Centaurea ma.
Dictamus	Caßialignea
Hermodactilus	Galanga
Serpentaria	Piper longum
Zedoaria	Siſeleos
Doronici	Ameos
Zinziber	Ozimi
Gariofili	Nigella
Aſafetida	Siler montanum
Armoniacum	Cinamomum
Galbanum	Coſtum
Mumia	Folia oliuarum
Caſtoreum	Gentiana
Pix liquida	

Cum ergo uolueris applicare res calidas in tertio gradu propter nimiam frigiditatem ſuperabundantem applica cælo noſtro, & talis uirtutis efficitur.

CANON VNDECIMVS, QVI DOCEbit te, quæ res ſunt calidæ in quarto gradu, ut affigas illas noſtræ Quintæ eſſentiæ, et cum opportunū fuerit reuelabo tibi, quæ ſunt medicinæ ſimpliciter in 4. gradu caliditatis, et ſunt hæc quæ ſequuntur, uidelicet.

Rutha ſylueſtris	Piretrum
Anecardus	Colloquintida
Sulphur	Piper nigrum
Sal armoniacum	Vitrum aduſtum
Flos æris	Oleander
Nitrum	Cardus uiſci
Petroleum	Napellus
Semen ſinapi	Squilla
Euphorbium	Alleum
Scamonea	

Dicto de medicinis, in quibus continetur complexio ignis ſecundum diſpoſitionem quatuor graduum, congruum eſt ut dicamus de medicinis continentibus complexionem aëris, cum poſt ignis ſperam, ſpera aëris ſituetur.

CANON DVODECIMVS, IN QVO continetur ſcientia eorum, quæ ſunt res humidæ ſecundū ordinationem quatuor graduum, et primò de humidis in primo gradu. Chriſti adiutorio ac eius magnitudinis bonitate perficiamus, conſyderationem & doctrinā rerū humidarū in 1. gradu, quæ ſunt iſtæ quæ ſequūtur ſimpliciter.

Flos

Flos fabæ	*Primula ueris*
Flos lupini	*Canna zucchari*
Semen paſtinacæ	*Lingua auis*
Radix paſtinacæ	*Gummi arabicum*
Liquiritia	*Coturnices*
Amigdalæ dulces	*Piſces recentes*

CANON TERTIVSDECIMVS, IN *quo continetur ſcientia rerum humidarum in ſecundo gradu ſimpliciter, ut quando fuerit tanta ſiccitas, quòd tibi ſufficientes non fuerint res humidæ in primo gradu, applices illas, quæ in ſecundo gradu humidæ fuerint, ut tale reddatur cœlum noſtrum.*

Cõgruum eſt, ut tibi reuelemus, quæ ſunt humidæ res in ſecudo gradu ſimpliciter, ut talem reddas noſtrã Quintam eſſentiam, cum neceſſarium fuerit, & ſunt iſtæ quæ ſequuntur.

Semen maluæ	*Lactuca*
Semen lactucæ	*Malua*
Zicion	*Endiuia*
Flos nenupharis	*Lactuca agreſtis*
Criſomila	*Cicorea*
Perſica, aſparagi	*Aloes epaticus*

Ex his igitur applica Quintæ eſſentiæ noſtræ cum medicinæ humidæ in primo gradu non fuerint ſufficientes ad eradicadum ſiccitatem peccantem.

CANON QVARTVSDECIMVS QVI *docet, quæ ſunt res humidæ in tertio gradu, ut cum neceſſe fuerit habeas earum cognitionẽ ad illas applicandum cœlo noſtro, ut habeas cœlum noſtrũ humidum in tertio gradu.*

Cum uideris, quod ſiccitas tanta eſt, quæ per medicinas humidas in gradu ſecundo extingui nõ poteſt, applica medicinas humidas in tertio gradu cœlo noſtro, quæ ſunt hæc quæ ſequuntur.

Semen gal.	*Flores uiolæ uiridis*
Poma uiridia	*Satyriones*
Filocaparon, Eruca	*Aquilegia*
Radix paſtinacæ	*Semen agni caſti*
Flores uiolæ cœleſtis	*Semen lini*
Flores papaueris	*Fructus papaueris albi*

Hæ ſunt res humidæ in tertio gradu ſimpliciter has affige in cœlo noſtro ut uiguerit neceſſitas.

CANON QVINTVSDECIMVS QVI *docet quæ ſunt res humidæ in quarto gradu ut affigas illas in cœlo noſtro ad applicandum illas corporibus denſis propter nimiam ſiccitatem.*

Ratio naturæ eſt, ut reuelem tibi, quæ ſunt medicinæ humidæ in quarto gradu, ut affigas illas in cœlo noſtro, ut influat in nobis humiditatem quàm plurimam, cum neceſſe fuerit, & res humidæ in quarto gradu ſimplicitatis

ſunt

ſunt iſtæ quæ ſequuntur.

Aureola	*Stinci*
Argentum uiuum	*Cerebrum gummici*
Mercurialis	*Cerebrum columbi*
Lacataria	*Gamelion*

Hæ igitur medicinæ reddent cœlum noſtrum humidum in quarto gradu, quas applica ſecundum exigentiam & uires patientis.

Dicto uerò de medicinis humidis quæ complexionem habent humidam ſcilicet aeream, nunc reſtat ut dicamus de habentibus proprietatē aquæ, ex eo quia poſt aeream ſphera aquæ per primam cauſam ſituata eſt, procedendo ſecundum ordinationem quatuor graduum ſicut in alijs, &c.

CANON SEXTVSDECIMVS IN QVO *continetur ſcientia rerum frigidarum, & primò de frigidis in primo gradu.*

Hoc eſt ut noſtra Quinta eſſentia redigatur frigida in primo gradu reuelabimus tibi medicinas dicta habentes complexionem, quæ ſunt hæ, quæ ſequuntur.

Grana ſalicis	*Pira bene matura*
Tamarindi	*Pruna*
Ordeum mundum	*Flos roſæ uiridis*
Hærba acetoſa	
Fabæ uirentes	

Has medicinas applicabis cœlo noſtro, ut reddatur frigidum in primo gradu, ut ſcias ipſas cœlo noſtro appli

care, cum neceſſe fuerit ut influat ſuper nos frigiditatem primi gradus. Si tibi per nimium calorem non ſufficerent medicinæ frigidæ in prmo gradu applica cœlo noſtro res frigidas in ſecundo gradu, poſtea facias applicationem ſecundum quod tibi uidebitur, & medicinæ ſunt iſtæ, uidelicet.

Litargirium	*Arnogloſſa*
Folia ſalicis	*Malagranata, dulcia*
Penthaphillon	*Mora immatura.*

CANON DECIMVSSEPTIMVS QVI *docet quæ ſunt res frigidæ in tertio gradu, ut quando non ſufficientes fuerint medicinæ frigidæ in primo & ſecundo gradu, quod applices illas, quæ ſunt in tertio gradu, ut ſcias remedium adhibere caliditati dominanti.*

Hactenus reuelauimus tibi, quæ ſunt medicinæ frigidæ in tertio gradu, ut quando infirmitas fuerit tantæ ſiccitatis, quod illi non ſufficiant medicinæ primi & ſecundi, recurras ad iſta quæ ſunt tertij gradus, & ſic remedium adhibeas, & ſunt quæ ſequuntur ſcilicet.

Virga paſtoris	*Sorbæ*
Omnes ſandali	*Plantago ſemen eius*
Hypoquiſtidos	*Pſilium*
Portulaca &	*Paritaria*
Semen eius	*Vua milana*
Melones	*Spodium*
Citrulli	*Poma immatura.*
Cucumeres	

medicinas

Medicinas iſtas applica cœlo noſtro, & habebis ipſum frigidũ in tertio gradu, & utere illo dũ fuerit opportunũ.

CANON DECIMVSOCTAVVS QVI *docet, quæ ſunt res frigidæ, in quarto, & utaris illis dum fuerit neceſſe.*

Certum ſit tibi, quod multorum fuit opinio, quod nulla res erat in quarto gradu frigiditatis conſtituta per naturam, contra quos iſtam facimus rationem.

Omne elementum, uel quæcunque alia res appetit eſſe in maiori perfectione, quàm ſua natura capere poteſt, cuius ratione elementum quodlibet in elementatis appetit quartum punctum ſimplicem, ut ſuum contrarium reprimat. uel ſaltem ei adæquetur per reſiſtentiam, ut eſſe ſuum non priuetur ab indiuiduis. Si igitur aqua per naturã non inuenitur in indiuiduis in quarto gradu, ſicut in primo, ſecundo, & tertio, aqua non appeteret maiorem perfectionem ſimplicitatis, quàm in indiuiduis habere poteſt & ſic ſimilitudo, ſuæ ſimplicitatis in maiori gradu multiplicata eſſet ei per naturam odibilem, & ſuum contrarium eſſet illi amabile, quod eſt impoßibile.

Præterea. Nullus morbus calidus in quarto gradu eſſet curabilis, quod eſt incõueniens & cõtra finẽ medicinæ.

Item eſſet ipſa aqua deſtructa contra, & ideo regula, quia non tranſmutẽt extra ſe ſimilitudinem ſuam per modum ſuæ perfectionis & ſuarum partium, & cum ſimilitudinibus dictarum partium operatur in indiuiduis. Ratio huius eſt, quia talem defectum natura bonitatis & uirt

tutis, &c. non conſentiret, cum iſta naturaliter appetant multiplicari in maiori perfectione entibus realibus quàm eſſe poteſt ſecundum ſuam naturam, quorum contrarium ageret aqua, ſi non eſſet reperta in ſecundo gradu in rebus naturalibus, quod eſt impoßibile.

Multa alia inconuenientia ſequi poſſent ex eorum opinione, ſed illa dimittimus cauſa breuitatis, unde res frigidæ in quarto gradu ſunt iſtæ quæ ſequuntur.

Opium	*Aqua eius*
Mandragora	*Mucilago pſilij*
Camphora	*Cicuta*
Semen papaueris	*Semen eius*
Iuſquiamus	*Ebenus*
Semen eius	*Salamandra*
Semperuiua	*Verbaſcus.*

Has quippe res applica cœlo noſtro, & habebis ipſum frigidißimum.

Diximus de medicinis frigidis ſecundum ordinem quatuor graduum. Et quia poſt omnium elementorum ſphæras ſphæra terræ ſituata eſt ultimò, ideo de reb. ſiccis ultimò dicendum eſt.

CANON DECIMVSNONVS QVI DOcet *quæ ſunt res ſiccæ in primo gradu.*

Ordine præmiſſo tibi rerum ſiccarum reuelemus ut affigas neceſſariò cœlo, & primo de ſiccis in primo gradu ſimpliciter, & ſunt iſtæ ſcilicet.

Spuma maris	*Caro camelorum*

Caules

Caules	*Caro leporis*
Fabæ ſiccæ	*Caro caprina*
Amidum	*Turtures antiquæ*
Thucia	*Columbi antiqui*
Argilla	*Caro omnium auium*
Caro bouina	*qui habitant in aquis.*
Caro ceruina	

Affige ergo has medicinas cœlo noſtro & habebis ipſum ſiccum in primo gradu, ut utaris illo, cum tibi oportunum fuerit &c.

CANON VIGESIMVS QVI TE DOCEbit, *quæ ſunt res ſiccæ in ſecundo gradu, ut cum tibi fuerit neceſſe applices illas noſtro cœlo, ut influat in nobis ſiccitatem in ſecundo gradu.*

Quãdo infirmitas tã humida fuerit, quòd tibi non ſufficiant res in primo gradu ſiccæ, addes iſtas cælo noſtro quæ ſunt in ſecundo gradu ſiccæ ſcilicet.

Riſum	*Xilobalſamus*
Balauſtiæ	*Flores ro. ſic.*
Teſta maligra	*Lapis Lazuli*
Cortex thuris	*Lapis armenus*
Cortex orni	*Neſpulæ maturæ*

Has quippe res affige in cœlo noſtro ad magis deſiccandum.

CANON VIGESIMVS PRIMVS, QVI *docet, quæ ſunt res ſiccæ in tertio gradu, ut ſcias illas applicare cœlo noſtro, ut fiat illius complexionis, & ſic applices ipſum in corporibus humanis, cum tibi uidebitur.*

Cum tibi uidebitur, quod infirmitas tanta eſt multiplicata in humiditate, quòd tibi non ſufficiant medicinæ ſiccæ in primo & ſecundo gradu applicabis iſtas, quæ ſunt ſiccæ in tertio gradu quæ ſequuntur.

Maſtix	*Charabe*
Acetum commune	*Succus maluæ*
Bolus armenus	*Iuniperus*
Olibanum	*Scoria ferri*
Myrrha	*Ferrugo ferri*
Cinaprium	*Pulmo uulpis*
Aſpaltum	*Fructus iuniperi*
Sanguis dra.	*Fructus ſauinæ*
Pira ſylueſtria	*Flos ſambuci*
Gallæ	*Flos ebuli*

Has affige in cœlo noſtro & fiet ſiccum in tertio gradu.

CANON VIGESIMVS SECVNDVS, *qui docet, quæ ſunt res ſiccæ in quarto gradu, ut iſtas applices cœlo noſtro, & fiet ſiccum in quarto gradu.*

Arſenicum album	*Arſenicum rubeum.*
Azarnech	*Thucia*
Azarchon	*Sal præparatum*
Aes	*Glandes uirides*

Flos

Flos æris	*Puluis aſſodilorum*
Capitellum	*Alumẽ rochæ*
Omnes mirobolani	*Alumen plumæ*
Cortex ilicis	*Folia daruich*
Coagulũ	*Cortex uberi*

Diximus de aliquibus medicinis et earum ſimplici cõplexione ſecundum diſpoſitionem quatuor graduum ſimpliciter, ut artiſta per iſtas, quæ hic ponuntur alias inueſtigare ſciat ſecundum complexionem, ſaporem, odorem, ponderoſitatem & leuitatem ad faciendum diuerſos effectus in corpore noſtro. Nunc congrum eſt ut dicamus in generali de qualitatibus appropriatis, ut artiſta cognoſcat, quæ ſunt ſimplices qualitates & propriæ, & quæ appropriatæ, & quæ qualitates ſunt graduatæ in rebus naturalibus, ut cognoſcatur unius medicinæ compoſitæ finis ex multis in diuerſis medicinis compoſitis. Et ut ſciatur quid dare debet, uel auferre infirmis.

CANON XXIII. IN QVO *continetur præfata doctrina*

Valde in hoc occupati ſumus, ut reuelemus qualitates rerum proprias et proprietates ſcilicet in quo gradu exiſtere poſſunt ſecundum naturam, ut deſtruantur multorum opiniones, qui duas qualitates in una & eadem re dixerunt in eodem gradu exiſtere, ſicut in pipere, quod dixerunt calidum et ſiccum in quarto gradu et caſtoreum, quod dixerunt calidũ et ſiccum in 4 gardu. Contra quos talem fundamus rationẽ. Quatuor maſſæ principales,

quæ ſunt quatuor elementa ſphæras proprias habent, ubi natura cuiuslibet maior eſt quàm in aliorum ſphæris, quamuis quodlibet elementum ſit in alterius ſphæra ſcilicet unum per ſphæras omnium, & omnia per ſphæram unius. Hoc *autem natura orbis fabricat, ut ex mixtione eorum oriantur indiuidua ſphærarum, in quibus elementa actualiter exiſtant, ut ſupra probauimus, quæ eſſe non ualerent, ſi mixta uiciſsim non eſſent, quoniam ſi mixtio uniuerſalis orbis deficeret elementis, deficeretque mixtio ſpecialis, atque indiuidualis, quoniam deficiente generali uenit particulare in ſuijpſius corruptionem.* Deniq; *quodlibet elementum, ex eo quod iuxta ſui naturam in propria ſphæra ſua complexio maior eſt, ut caliditas, quæ maior eſt in ſphæra ſua ignis quã ſiccitas nec aliqua aliarum complexionum, & ſic de alijs.*

Item quodlibet dictorum elementorum habet proprium ſubiectum in indiuiduis ſpecierum, in qua ſua caliditas maior eſt quàm qualitates aliorum elementorum, ſicut in pipere, in quo magis uiget proprietas ignis quã in croco, & in aloe, in quo magis eſt de complexione aëris quàm in mirabolanis, & ſic de alijs rebus ſimilibus iſtis, unde facio iſtam rationem Omnem *effectum coſequi oportet naturam ſuæ cauſæ, ſi igitur ignis, qui eſt cauſa omnium rerum calefactibilium maiorem ſui proprietatem habet in ſphæra ſui & ſua proprietas ibi magis reperitur quàm proprietas aliorum, ſicut in rebus calefactibilibus de cõplexione ignis, oportet quòd maior ſit caliditas quàm hu*

nuditas

miditas, ut apparet concordantia in differentia exiſtens inter cauſam & ſuum effectum, & ut appareat differentia inter rem calidæ complexionis & rem humidam uel ſiccam, & cætera. Quia ſi una res haberet in ſe duas complexiones æquales, ſicut in pipere caliditas, & ſiccitas, ſi eſſent in eodem gradu eſſet piper æqualiter ſiccum ſicut calidum, & ſic eſt poßibile habere has duas complexiones æquales contra frigiditatem, & ſic poßibile eſſet quòd frigiditas & humiditas eſſent æquales contra caliditatem & ſiccitatem, quòd eſt impoſſibile, quia ſic non inueniretur aliquod ſpeciale indiuiduum, in quo qualitas unius elementi eſſet prædominans, ut denominationem caperè ab illo, ſicut piper, quod denominationem accipit ab igne, quia calidum. Aloes quod denominationẽ accipit ab aëre, quia humidum. Mãdragora ab aqua, quia frigida. Mirabolanus à terra, quia ſiccus. Hoc autem eſt impoßibile quia ſequeretur irregularitas in indiuiduis naturalibus, ex eo quod nõ haberet magis inſtinctum ad qualitatem unã quàm ad aliam.

Ex quo notare potes, *quod ſicut quodlibet elementum dominationem propriam ſecundum ſuam naturam habet in ſua propria ſphæra, in qua alterum non habet ita magnam dominationem, ſicut habent propria indiuidua ſubſtãtialia, in quibus magis qualitas unius elementi prædominatur alteris.* Exẽplum, *natura ignis eſt calidus propriè, ſiccus à proprietate.* Nã *caliditas maior eſt in i-*

gne quã ſiccitas, quoniã proprietas maior eſt in qualibet quàm appropriata. Sic enim eſt in indiuiduis, quæ oportet habere unã propriam qualitatẽ aliam appropriatam ex eo quod effectus ſuæ cauſæ correſpondere debet.

Hoc *probatur per regulas duodecim, quia ſi ignis qui eſt cauſa alicuius calefactibilis eſt callidus & ſiccus in illo calefactibili nõ poteſt tranſmittere extra ſe ſimilitudinem ſuã, niſi cũ ſuo calore & ſiccitate, & per modũ naturæ caloris & ſiccitatis, & iterũ aliarũ complexionũ. Sic igitur in indiuiduo per ignẽ cauſantẽ oportet maiorẽ eſſe caliditatẽ quàm ſiccitatẽ, et ſic ſiccitas depreſſior.* Et *ſicut diximus de igne, ita intellige de alijs qualitatib. elementorũ, ſicut ignis in ſua ſphæra propria eſt forma, & alia elemẽta ſunt materia quia calefacta ſit ſua propria qualitas in indiuiduis naturalib. exiſtens eſt forma extẽſa, & diffuſa ſup oẽs alias elementorũ, et qualitates, quæ ſunt igni.*

Ex *quo multũ bene concluditur ipſam qualitatẽ ignis in ſubiecto ignis maiorẽ eſſe quàm alterã qualitatũ, & ſic talis qualitas in ſimili ſubiecto eſt rex, qualitas uerò quæ magis concordat militem dicimus, ultima uerò qualitas primæ contrariatur, eſt ſclaua.*

Ex*emplum tibi dabimus, ut facilius poſſis intelligere mouendo te ipſum ad obiectandum.* Nã *piper eſt calidum propriè, ſiccum à proprietate, caliditatem uerò maiorem oportet eſſe in illo quàm ſiccitatem, nec humiditatem, nec frigiditatem.*

Eſt ergo in pipere caliditas rex, nunc uerò quia ſicci-

tas

tas magis cum igne concordat quàm altera aliarum, & ſiccitas in igne, uel pipere regina. Et quia poſt ſiccitatem humiditas cum caliditate concordat humiditas in pipere eſt miles. Et quia frigiditas caliditati contrariatur eſt aqua ſeu frigiditas in pipere ſclaua, & ideo ultimò ſiccitas eſt ĩ ſubiecto igneo. Secũdũ cõditionẽ maioritatis et minoratatis ſituati ſunt gradus in rebus naturalibus, ſicut piper habet quencunque gradum caliditatis, iſta caliditas eſt in illo maior, ut ſupra probauimus: ergo aliæ minores illa propria, & ſic ſequitur diſtinctio æqualitatis indiuiduorum, quam aliqui aſſerunt eſſe impoßibilem.

Nunc quia regina magis cum rege concordat quàm miles nec ſclaua, reginam oportet eſſe maiorem in regia domo quàm miles nec ſclaua. Et ideo quia regem regina ſequitur, & non eſt tanta ſicut rex, illa minor eſt & uno gradu inferior quàm rex & cognominatur tertia. Et ſic ſiccitas in pipere eſt in tertio gradu, & quia poſt reginam miles maior eſt in domo regis, illa minoritas dicitur alius gradus inferior. Inferius quidem dicitur ſecundus, et ſic in pipere eſt humiditas in ſecundo gradu. Item quia poſt militem ſclaua minor eſt in domo regis, quàm nullus alius, illa minoritas alter gradus inferior iſto dicitur, qui nominatur & primus, et ſic concluditur, quod piper eſt calidum in quarto gradu, ſiccum in tertio, humidum in ſecundo, frigidum in primo, et ſicut diximus de pipere, quod habet complexionem igneam, ſic potes dicere de alijs rebus & qualitatibus reſpiciendo maiori=

tatem concordantiæ. Præterea ſcias quòd non omnis res naturalis habet quatuor gradus in ſe integrè, ſed ex illis habet degradatè. Et ad melius intelligendum, formamus puncta quatuor in quocunque gradu cuiuslibet qualitatis, quæ quidem puncta ſunt tãquam medium, per quod mouetur intellectus ad intelligendum res quantum habent de una compoſitione uel de alia. Valde eſt confuſa doctrina de gradibus, adeò quòd non eſt ſcientia in mũdo, quæ tam parum ſciatur, ſed hic in ſumma breui breuiter tractabimus. Et primò dicimus, quòd res quæ ſit calida in quarto gradu omnes alios gradus habet integros, et ſic de humidis frigidis, & c. Sed res quæ ſit in tertio gradu calida, eſt in ſecundo ſicca, & in primo humida, & in duobus punctis frigida. Res quæ eſt in tertio gradu humida eſt frigida in ſecundo, calida in primo, ſicca in duobus punctis primi gradus, & ſic de alijs. Item res quæ in ſecundo gradu eſt calida, eſt in primo ſicca, & in tribus punctis alterius gradus humida, cum 2. pũctis frigida. Item res quæ eſt in 1. gradu calida, eſt in 3. pũctis alterius gradus humida, et 1. pũcto uniuerſaliter frigida. Et ſicut poſuimus exẽplũ de calidis, ita potes de humidis dicere, et etiã de alijs.

Item multæ & diuerſæ opiniones fuerunt in hac intentione ſuper calidum in primo, & calidum in ſecundo, & calidum in tertio, quia in uno indiuiduo eſt caliditas, in 3. gradu, & altera in eodem, ſed differunt ſecundum actionem & paſſionem, quando in uno indiuiduo eſt forma regina, regina uerò ſub rege patitur, rex uerò in quocunq; indiuiduo

induiduo eſt forma, regina uerò miles & ſclaua ſunt materia. Non eſt ergo æqualis actio unius qualitatis exiſtentis in diuerſis indiuiduis ratiōe ſupradicta. Et de hoc intellige ſecundū applicationem ſimplicē & ſingularē uniuscuiuſq;, non aūt ſecundū multarum aliarum medicinarum congregatarū ad unū finē. Et de hoc dabimus tibi exēplū.

Squilla uerò uel thucia quæ eſt calida in 3. gradu, & agnus caſtus calidus in tertio, ſi quodlibet eorum applicetur ad noſtrum corpus maiorem caliditatem influit in nobis agnus caſtus quā thucia. Ratio huius eſt, quia caliditas in agno caſto eſt rex, in thucia uerò regina. Et quia rex maioris poteſtatis eſt quā regina, igitur, etc. Itē quia caliditas in thucia eſt terrificata, et ſtat ſecundū paſſionē in agno caſto, ſecundū actionē, et quia maioris naturæ eſt res agens quā patiens, igitur &c. Item quia in thucia caliditas habet 2. pūctus frigiditatis ſibi cōtrariātes. In agno caſto uerò ſolūmodo habent 2. pūcta unius gradus cōtraria. Item quia caliditas exiſtens in thucia deſiccat ultimato modo, quia inſeparabilis à natura illius et ſiccitate formata. In agno caſto uerò calefacit plus quā deſiccat, quia ibi caliditas rex eſt, & à nullo formata eſt, ſed ſiccitas in illo eſt ignificata, & poſt per naturā caloris calefacit, et poſtea deſiccat, quia in quacūq; re naturali prius in ſeipſa oportet eſſe actum propriū & coeſſentialem illius quàm appropriatus, et etiam caliditates ſubmiſſæ in aliquo indiuiduo formata aliqua natura prius ſunt in corpore noſtro agēdo ſecundū naturā formæ quā formatæ exiſtant per ſu

am,ſicut caliditas ignis, quæ ignificat terram. Terra uerò exiſtēs in igne prius calefacit, ſecūdò deſiccat, hoc uerò fit quia natura ignis, cui ſubmittitur ſiccitas, mouet ſiccitatē ſecundum naturam ſuæ ignificationis ignificabilitantis & ignificatæ

Ecce ergo quæ differentia eſt inter calidum in tertio gradu, & calidum in tertio, & ſic de humido & frigido & ſicco, non autem eſt ſic in compoſitione multarum medicinarum ad unum finem, quia qualitas qualitatem iuuat, gradus gradum, punctus punctum. Exemplum quædam medicina componitur ex aloe, pipere longo, roſis ſiccis, maſtice, gariofili, ſucco fœniculi, & ſcamonea. Nunc uerò graduamus talem medicinam. Aloes eſt humidum in ſecundo gradu, frigidum in primo, calidum in duobus punctis gradus, & ſiccum in uno puncto unius gradus. Piper lōgum eſt calidum in tertio, ſiccum in ſecundo gradu, humidum in primo, frigidum in duobus punctis unius gradus. Roſæ uerò ſiccæ ſunt ſiccæ in ſecundo, calidæ in primo, frigidæ in duobus punctis, humidæ in uno puncto. Maſtix eſt ſiccus in tertio, calidus in ſecundo, frigidus in primo, humidus in duobus punctis. Gariofili uerò ſunt calidi in tertio gradu, ſicci in ſecundo, humidi in primo, frigidi in duobus punctis gradus. Succus fœniculi eſt calidus in primo, ſiccus in tribus punctis, humidus in duobus, frigidus in uno puncto. Item ſcamonea eſt calida in quarto gradu, ſicca in tertio, humida in ſecundo, frigida in primo.

Nunc ergo uideamus quot gradus & quot puncta habeamus de una qualitate, & quot de alia, & ſic iungamus gradus & puncta, uſquequo ex omnibus iſtis habeamus unum gradum ſimplicem, cuius naturæ debeamus medicinam.

Prius uerò uideamus de calidis qualitatibus, & omnes gradus diuidamus per puncta, poſt iungamus puncta de quatuor in quatuor & faciam gradus. Nam *in aloe ſunt duo puncta caliditatis, in pipere longo duodecim puncta, in maſtice uerò habemus octo puncta, in gariofilis duodecim puncta, in fœniculo uerò habemus 4. puncta, in ſcamonea 16. puncta. Sic in iſta medicina ſunt. 58 puncta calida.*

Item in aloe habemus quatuor puncta frigiditatis, in pipere longo duo puncta, in roſis alia duo, in maſtice quatuor puncta, in gariofilis duo pūcta, in ſucco fœniculi unū punctum, in ſcamonea quatuor puncta, unde habemus in hac medicina. 19. pūcta frigiditatis. Item in aloe habemus octo puncta humiditatis, in pipere quatuor puncta, in roſis unum punctum, in gariofilis quatuor puncta. Item in fœniculo habemus duo puncta, in maſtice duo puncta, in ſcamonea octo puncta. Et *ſic habemus in hac medicina uiginti nouem pūcta humiditatis. Item in aloe habemus unū punctum ſiccitatis, in pipere longo habemus octo puncta, in gariofilis alia octo, in maſtice duodecim puncta, in roſis quatuor puncta, in fœniculo tria puncta, in ſcamonea duo decim puncta, & ſic habemus in hac medicina. 48. puncta ſiccitatis.* Nunc *uerò iungamus omnia puncta, & pri=*

mo pūcta caliditatis, quæ ſunt. 58. & frigiditatis. 19. puncta, item de humiditate. 29. puncta, item de ſiccitate habemus. 48. puncta, nunc demus unum punctum contrarium alteri cōtrario & poſtea puncta duarum qualitatum, quæ neceſſe habent eſſe concordantes, quæ ſuper erunt illis dabimus medicinam. Nunc. 19. *punctis frigiditatis demus alteri. 19. pūcta caliditatis, & ſic de quinquaginta octo punctis caliditatis reſtāt 39. puncta.*

Item de humiditate habemus 29. puncta, nunc iſtis. 29. punctis demus alia. 29. ſiccitatis, & de quadraginta octo punctis trahendo. 29. remanent. 19. puncta. Nunc *igitur de caliditate habemus triginta nouem puncta caliditatis, & decem & nouem puncta ſiccitatis, nunc ergo à triginta nouem trahendo decem & nouē humiditatis. quæ alijs punctis damus, manent uiginti puncta.*

Ex iſtis igitur faciamus gradus ſcilicet ex iſtis. 14. punctis, nam uni gradui dando quatuor puncta ſunt tres gradus & duo puncta, & ſic medicina eſt in quarto gradu calida, non in ſummitate quarti gradus, ſed in medio quarti gradus, uel in duobus punctis quarti gradus. Ex quo *patet quod multæ ſunt compoſitæ medicinæ, quæ ultimam quarti, tertij, ſecundi, primi gradus non habent, quia mittunt unum punctum uel duo puncta in compoſitione propter generationem & corruptionem ad ultimatum finem ex omnibus reſolutum in medicina compoſita.* Ex quo *patent iſta quæ ſupra dixi ſcilicet, quòd ex una qualitate depreſſa multiplicata cum altera agente reſoluta quedā qua*

litas

litas ultimata in medicina, quæ eſt forma, ex eo quia una qualitas aliam iuuat ſimilem ſibi. Ex *quo reuelatum eſt, ꝙ una qualitas, quæ ſecundum ſimplicitatem indiuidui, hoc eſt medicinæ ſimplicis, eſt patiens ſecundum compoſitionem eſt agens, & econtrario multum eſt tibi iſta doctrina neceſſaria in medicinis in quibuſcunque artis medicinalis utentibus ad componendum medicinas quaſcunque & ad ſciendum ultimatum gradum reſultatum ex pluribus gradibus, & certificetur quantum poteſt calefacere, quantũ poteſt deſiccare, quantum poteſt humectare, quantum poteſt infrigidare. Quod uero ſciri non poteſt propter confuſionem graduationis medicinarum ſimplicium aliorum auctorum qualitatem appropriatam æqualem propriefaciebant qualitati proprie quod eſt impoßibile, & contra curſum naturæ.* Nam *regem maiorem oportet eſſe in regno ſuo omnibus alijs, quia ſi aliter eſſet, non eſſet rex, & eſſet deſtructa ſimplicitas rerum & dominatio & proprietas propria & actio & paßio.*

Valde prolixa eſt hæc doctrina, ſed ſumus de intẽtione plus de hac materia in præſenti non tractare, quoniam in pluribus locis plene tractauimus de hac doctrina, ad quæ te remittimus, ut eſt liber principiorũ medicinæ, qui dicitur ars medicinæ, liber qui dicitur de ponderoſitate & leuitate elementorum. Item liber de regionibus ſanitatis. Item liber qui dicitur doctrina de gradibus in quibus iſta ſcientia eſt ſatis diffuſa quia per iſta quæ hic diximus ſatis poteris de hac doctrina comprehendere. Quæſtio. Cur

hic non poſuiſtis omnes medicinas, quæ conueniunt & earum gradus, ut ex eis poßint medicinæ compoſitæ fieri ſecundum traditam doctrinam.

Solutio, ut euitetur prolixitas, quoniam ſumus de intentione hunc librum compendioſum facere, non autem prolixum. Quomodo ergo cognoſam gradus aliarum medicinarum hic non explicatarum? Solutio, ut recurras ad placita philoſophorum & ſecundum propriam qualitatem medicinis impoſitam in gradu, ſic de alijs appropriatis iudicabis, ut ſupra tibi diximus ſcilicet ſi philoſophus dicit eſſe calidam & ſiccam, in tali gradu ſcilicet quarto à qualitate quæ prius denominatur, incipies dando medicinæ illam proprietatem quia philoſophi illam inuenerunt proprius eſſe in operatione, et poſtea de alijs qualitatibus iudicabis per doctrinam tibi traditam ſuperius ſecundum maioritatem uel minoritatem concordantiæ ad propriam qualitatem, quoniam qualitas proprie qualitati alicuius rei magis concordans eſt ab ipſa magis diligibilis, & ideo circa ſeipſam ponit, uel adiuuet ſeipſam contra actionem ſui contrarij. Exemplum in pipere. Caliditas eſt propria qualitas; & eſt in quarto gradu, oportet etiam quòd piper ſit compoſitum ex alijs qualitatibus ſicut ex ſiccitate. Nunc quia caliditas eſt rex, conſurgit circa ſe illa qualitas, quæ magis ſecum concordat, quæ eſt ſiccitas. Iſta qualitas, non eſt æqualis caliditati, cum ſit regina, ſed eſt inferius per unum gradum. Et quia poſt ſiccitatem humiditas magis concordat cum caliditate, ideo humiditas in pipere

non

non eſt æqualis ſiccitati, & quia non eſt æqualis, eſt minor ſiccitate per diſtantiam alterius gradus. Item *quia frigiditus eſt contraria caliditati poſita eſt in pipere infra humiditatem*. Ex *quo multum euidenter patet, quod res quæ calida eſt in quarto gradu eſt ſicca in tertio, humida in ſecundo, frigida in primo*. H*æc ſit tibi regula generalis ad iudicandum de alijs qualitatibus ponendo in medio figurā* C. *ſecundum quam potes iudicare de complexione & gradibus medicinarum ſimplicium & cōpoſitarum.*

Q*uæſtio. Cur quædam medicinæ quarti gradus ſunt mortiferæ, & quædam non.*

Solutio. Q*uoniam quædam ſunt calidæ, humidæ, ſiccæ frigidæ in ultimo puncto quarti gradus, quædam in tertio, quædam in ſecundo, uel in primo, unde facies talem regulam generalem.*

O*mnis medicina quæ eſt in quarto puncto quarti gradus calida, humida, frigida, ſicca, mortifera eſt, exemplū de calidis, ut napellus, cardus, uiſci, ſquilla ſola, & oleandrum cum quo occiduntur cerui.* De *humidis ut argētum uiuum.* Item *de frigidis ut cicuta & cerebrum capitis.* De *ſiccis uerò ut arſenicum album, uel rubeum, azarnech, æs uſtum, uiride æs, gipſus, &c.* V*nde quantum declinant à quarto puncto tanto minus ſunt mortiferæ ut ſquilla, quæ cum miſcetur cum multitudine aliarum non eſt mortalis ſicut ſola, & ſolatrum quod non eſt tam nociuum ſicut arſenicum, & iuſquiamus qui non eſt tam nociuus ſicut cicuta, & mercurialis, quæ non ſunt tam nociuæ ſicut argen-*

tum uiuum, & ſic de alijs rebus ſimilibus iſtis.

Quæſtio. Quare magis interficiũt res exiſtentes in ultimo puncto quarti gradus calidæ, humidæ, &c. quã res quæ exiſtunt in ultimo pũcto aliorum graduum.

Solutio. Quia plus in eis retinetur de ſimplicitate eſſentiæ componentis, quæ ſimplicitas eſt in ſubtili materia naturata pluſquam in alijs gradibus, iuxta hoc ſufficit tibi exemplum, quod ſuperius diximus de baſiliſco & fulgure. Et ut facilius intelligas medicinarum gradus, hic uerò tibi octo figuras faciemus, per quas poteris mouere intellectum tanquam medium directiuum ad intelligendũ hoc, quod de gradibus ſuperius fecimus. In primis enim quatuor figuris continetur ſcientia quatuor medicinarum ſimplicium in ultimo puncto quarti gradus exiſtentium, & in alijs quatuor illarum rerum, quæ ſunt in quarto gradu ſcilicet in tribus pũctis, & in alijs quatuor de illis, quæ ſunt in tertio, & de alijs quatuor de illis quæ ſunt in ſecundo, & ſic de alijs quatuor de illis quæ ſunt in primo.

Dicto de gradibus medicinarum, congruum eſt ut dicamus de earum uirtutibus & proprietatibus, ut cum illas applicuerimus ad cœlum noſtrum reddantur eiuſdem uirtutis in millecuplo quàm ſi per ſe agerent.

Sequitur Canon. 25. qui te docebit prius, quæ ſunt res attractiuæ.

IN PRAESENTI CANONE REVELE*mus tibi quæ ſunt res attractiuæ, ut à corpore noſtro attrahi poßit quæcunque res nociua, ſicut ferrum, lignum,*

apoſtema

apoſtema,&c.& ſunt quæ ſequuntur.

Magnes	*Pulmones*
Ariſto.longa	*Cataputia*
Lolium	*Tapſia*
Serapinum	*Dictamus ru.*
Sulphur	*Cathmia*
Armoniacum	*Maiorana*
Petroleum	*Apium*
Scoparegia	*Pulegium*
Aſſa fœtida	*Adeps cunicu.*

Applica ergo medicinas iſtas cœlo noſtro & attrahet tibi omnem rem ſupra modum.

CANON VIGESIMVSSEXTVS QVI *docet, quæ ſunt res purgantes humores peccantes in corpore noſtro in generali, & primo de purgantibus ſanguinem.*

Quædam laxant uentrem & prouocant quandoque uomitum, quia abhominabiles redduntur naturæ, quædā illárum attrahunt humores ſibi ſimiles, ut ſunt reubarbarum, ſcamonea, pſilium iuuante uirtute membrorum expellente ad inteſtina, & ex inteſtinis ad extra & earum quædam purgant cum uiſcoſitate, ut eſt mercurialis, pſilium, quædam cum ſtipticitate, ut ſunt mirabolani, quædā cum acredine, ut ſemen à triplicis quædam cum dulcedine ut ſcamonea, caſſia fiſtula, quædam uero cum amaritudine ut aloes, & aliæ purgant hunc humorem, aut illum, hæ uerò ſunt quæ purgāt ſanguiuē in quacunq; parte corporis.

Caſsia fiſtula	*Prima*
Manna	*Tapſia*
Succus mercurialis	*Vuæ in aurora collectæ*
Viola	*Zuccharum*
Serum	*Malua*

Item melancoliam purgant iſtæ, quæ ſequuntur, & conferunt quibuſcunque quartanis epilepticis & apopleticis, &c.

Lapis lazuli	*Epithimus*
Lapis armenus	*Omnes mirabol.*
Thimus	*Sticados*
Ebulus	*Camepitheos*

Coleram uerò purgant iſta quæ ſequuntur ſcilicet.

Capilli uene.	*endiuia*
Tamarindi	*Lingua ceruina*
Pruna	*Succus lactucæ*
Reubarbarum	*ſcabioſa.*

Quatuor ſemina frigida.

Flegma uerò purgant iſta quæ ſequuntur ſcilicet.

Sambucus	*Piretrum*
Anacardi	*euforbium*
Coconidium	*Piper longum*
Colloquintida	*Polipodium*
Saxifragia	*Sauina*
Hermodactilus	*elleborus niger*
Elleborus albus	*Senæ.*
Enula campana	

Quatuor

Quatuor radices diureticæ, radix cucumeris agreſtis, Fumuſterræ

Hæ uerò res miraculoſæ traditæ adeo, & cum determinata uirtute & ad expellendũ mortales, atque nociuos humores de corpore noſtro. Cum igitur uolueris harum Quintam eſſentiam habere, affige illas in cœlo noſtro, et tunc ipſam habebis.

CANON XXVII. QVI DOCEBIT TE *quæ ſunt res, quæ conſtringunt uentrem & ſanguinẽ, ut affigas illas in cœlo noſtro, & ſic habes ipſum conſtrictiuum.*

Ea autem quæ conſtringunt ſunt ſicca & frigida, quia ratione ſtipticitatis conſtringunt meatus, & ſunt iſta quæ ſequuntur.

Corallus	*Riſum*
Criſtallus	*Milium*
Bolus arme.	*Glans*
Nuces cipreſsi	*Gemmæ papa.*
Terra ſigilla.	*Faba*
Pentaphillon	*Pira immatura*
Portulaca	*Accacia*
Sanguis draconis	*Menta cum ace.*
Sanguis uaccæ	*Litargirium*
Stercus aſini.	*Spodium*
Succus ſalicis	*Tragantum*
Plantago	*Gummi arab.*
Carabe	*Mummia*

Balauſtiæ
Hypoquiſtidos
Virga paſto.
Alumen
Argilla
Antimonium
Cortex nucis
Pili lepo. uſti
Atramentum uſtum
Cinis ſa. ex pan.
Caules ni. cot.
Lac aſinæ
Caſeus
Berberis
Ematites
Sumach
Myrthus

Accacia.
Galla
Mala punica
Citonia
Moracelſi
Amigdala
Fraxinum
Cubebe
Gariofili
Folij
Iacynthus
Ferrugo
Sanguis draco.
Conſolida minor
Sorba
Mirtilli
Similia, Thucia

Ex omnibus his, uel quibus uis affige in cœlo noſtro, &c. & miraculoſe ſanguinem uel uentrem iuxta ſuum modum inſtringunt, cum tibi fuerit neceſſe.

CANON XXVIII. QVI DOCET, *quæ ſunt res induratiuæ, ut ſcias illas applicare cœlo noſtro, ut reddatur tibi induratiuũ ſupra modũ, ut applices corpori noſtro ad indurandũ cũ tibi fuerit neceſſariũ.*

Frigida nimis ſunt quæ indurãt, ex eo quia materiam congelant, & mẽbra indurant, et quædã ex eis ſunt ſicca. et ſunt illa quæ ſequũtur myrrha, pſiliũ, portulaca, aqua

lentis

lentis, ſolatrum, iuſquiamus, affige ergo has medicinas in cœlo noſtro & fiet induratiuum ſupra modum.

CANON XXIX. IN QVO CONTINEtur *ſcientia eorũ, quæ ſunt res mollificatiuæ, &c.*

Dicamus res mollificatiuas, ut affigas eas in cœlo noſtro, ut reddamus ipſum mollificatiuum, ut corpus noſtrũ mollificare ſcias cum fuerit neceſſe, & ſunt iſtæ quæ ſequuntur, ſcilicet.

Camomilla	*Radix alteæ*
Eupatorium	*Oleum uetus*
Mellilotum	*Adeps caprinus*
Storax liquida	*Adeps hircinus*
Adeps anſerinus	*Armoniacum*
Bdellium	*Medulla ceruina*
Abſinthium Galbanum	*Malua Sagmen*
Oppoponacum	*Vitelli. adeps pul.*

Affige ergo quamlibet iſtarum rerum noſtræ Quintæ eſſentiæ, & fient tibi mollificatiua ultra modum.

CANON XXX. IN QVO CONTINEtur *ſcientia illarum rerum, quæ maturant epar.*

Veniamus igitur ad naturam rerũ, quæ maturant & ſaniem educunt, quarum quædã ſunt uiſcoſæ, claudentes poros, ut uirtus naturalis intus confortetur, & materiã epatis digerat, et ſunt iſtæ quæ ſequuntur ſcilicet.

Radix alteæ Semẽ lini	*Storax liquida Fermentũ*
Laudanum	*Vuæ paſſæ*
Anetum	*Ficus paſſæ.*

Sticados	*Butyrum.*
Fenugræcum.	

Affige quaſuis iſtarum medicinarum in cœlo noſtro, & fiet tibi maturatiuum ultra modum, ut applices illud corpori noſtro, cum neceſſe fuerit.

CANON XXXI. QVI TE DOcebit, *quæ ſunt res corroſiuæ ut illas cœlo noſtro applicare ſcias, et quæ ſunt res ulceratiuæ te docet.*

Corroſiua & ulceratiua differunt inter ſe, quoniam corroſiua ſunt illa quæ carnem corrodunt & cutem. Vlceratiua uerò ſunt, quæ cutem rumpunt, ſed carnem non erodunt, unde corroſiua ſunt iſta, quæ ſequuntur ſcilicet.

Aes uſtum	*Cuperoſa*
Arſenicum utrunque	*Vitriolum*
Viride æs	*Antimonium*

Sed ulceratiuæ ſunt iſtæ, quæ ſequuntur & mortificatiuæ.

Thucia	*Os ſepiæ*
Alumen	*Piretrum*
Sapo	*Euforbium*
Sublimatus	*Cantarides*
Piper nigrum	*Lac ficus*
Calx uiua	*Laceſulæ*
Squinatum	*Argentum uiuum*
Cinabrium	*Balauſtia*

Radix

Radix aſodilorum	*Spuma maris*
Flamula	

Affige ergo omnes iſtas res iuxta modum ſuum Quintæ eſſentiæ noſtræ, & talis tibi fiet ut applices illas corpori noſtro cum neceſſarium fuerit.

CANON TRIGESIMVS SECVNdus, *qui te docebit, quæ ſunt res conglutinatiuæ & uulnerum mundificatiuæ, & conglutinatiuæ carnis ſunt iſtæ medicinæ quæ ſequuntur.*

Gipſum	*Lolium*
Folia cipreßi	*Amidum*
Sarcocolla	*Aſpaltum*
Bolus	*Balauſtia*
Aloes	*Teſta oui*
Serpentariá	*Sanguis draconis*
Cortex thuris	*Tegula uſta*
Myrrha	*Omnes conſolidæ*
Bdellium	*Litargirum.*

Affige ergo iſtas medicinas in cœlo noſtro & retinebit eorum uirtutem & proprietatem.

CANON XXXIII. QVI TE DOCEBIT *quæ ſunt res aperitiuæ, ut ſcias illas noſtro cœlo applicare, cum neceſſe fuerit.*

Eſt autem ſciendum, quod quædam ſuni iſta, quæ uehementer aperitiua ſunt, quæ præcipuè ualent ad fortem

opilationem ſplenis ut ſcolopendria, quædam uerò debilia in operatione, ut urtica & aperitiua ſunt iſta, quæ ſequuntur ſcilicet.

Capparis — *Semen Vrticæ*
Afodilli — *abrotanum*
Coſtum — *Lac fœminæ*
Genziana — *Maratrum*
Zinziber — *Oximum*
Bruſcus — *Lupinus*
Aſarum — *Gentiana*
Ariſto. longa — *Pix liquida*
Polium — *Fermentum*
Peonia — *Farina ordei*
Celidonia — *Aloes epaticum*
Yſopus — *Semen atriplicis*
Abſinthium — *Semen melonum*
Cuſcuta — *Anetum*
Acorus — *Fel porci*
Leuiſticum — *Staſiſagria*
Baccæ lauri — *Lacca*
Sticados — *Porrum*
Ptiſana — *Cubebe*
Agaricus — *Squilla*
Praſſium — *Spuma maris*
Ciperum — *Yreos*
Fumus terræ — *Caſsia fiſtula*
Aloes — *Anetum*

Fabæ

Fabæ
Spica nardi
Camedreos
Camepitheos
Scariola
Vinum maluaticum
Orobus
Eupatorium
Fiſtici
Cucumeres ſyluæ.
Apium
Bulbus
Aniſum
Daucus
Petroſilium.
Calamentum
Liquiritia
Tamariſcus
Stercus canis
Semen porri
Raphanus
Diptamus
Mel recens
Ipericon
Xilo aloes
Xilo caſsia
Cinamomum
Policaria
Sambucus

Affige ergo quaſuis iſtarum medicinarum in cœlo noſtro & fiet tibi aperitiuum ſupra modum ad quamcunq; opilationem corporis noſtri.

CANON XXXIIII. IN QVO CONTINETUR ſcientia mundificatiuarũ medicinarũ, ut in uulneribus mundificent, & uenire faciãt ſpiritũ & ſenſum ad membrum, et ſunt iſta quæ ſequuntur ſcilicet.

Ariſtologia longa
Ceruſa
Aſpaltum
Litargirium
Filtrum uſtum
Orobus
Yreos
Aloes
Mirrha
Semen tamariſci

Thus	Plumbum
Mel	Pili leporis uſti

CANON XXXV. IN QVO CONTInetur ſcientia rerum, quæ attenuant, ut ſcias illas noſtro cœlo applicare, cum fuerit opus.

Sunt enim iſta quæ uerè attenuant et diſſoluunt calore ſuo, ſeparant enim partes rei, in qua agunt ſuo proprio calore, & ſunt iſtæ ſcilicet.

Abrotanum	Aſſodilus
Ameos	Camepitheos
Agaricus	Calamentum
Balſamus	Praſſium
Camomilla	Cortex citri
Bulbus	Gentiana
Cuſcuta	Yreos
Armoniacum	Policaria
Alumen	Rutha
Capparis	Serapinum
Camedreos	Sticados
Cinamomum	Sanguis muſtellæ
Eupatorium	Ciperus
Pinguedo leonis	Mentaſtrum
Ariſtologia	Semen urticæ
Aſſafætida	Petroleum
Alleum	Sambucus
Caſtoreum	Pæonia
Pix naualis	Tapſia

Xilobalſamus

Xilobalſamus	Terbentina
Polium	Oppopanacum.

CANON TRIGESIMVS SEXTVS IN quo continetur ſcientia rerum quæ incidunt, ut illas noſtro cœlo applicare poßis, ut reddatur tibi inciſiuum, cũ quo opus fuerit.

Mediocriter incidunt, & diuidunt omnia acetoſa in communi, ſed ſunt aliæ medicinæ, quæ ſpecificè agunt, & ſunt iſtæ quæ ſequuntur.

Ciperus	Camedreos
Petroleum	Vitrum
Camepitheos	acetum
Eupatorium	ſquilla

Affige ergo iſtas medicinas in cœlo noſtro & fiet ultimatè inciſiuum ad incidendum humores groſſos de corpore noſtro.

CANON TRIGESIMVS SEPTIMVS in quo continetur ſcientia rerum diaſoreticarum, ut ſcias illas cœlo noſtro applicare, ut fiat in ſummo dyaſoreticum.

Dyaſoretica ſunt propriè calida, & per poros humores in ſummo extenuant & euaporant, & ſunt iſta quæ ſequuntur, uidelicet.

Piretrum	agaricus
Salnitrum	ariſtologia
Maiorana	Galbanum
Vetus oleum	Baucia

Radix aſſodil.	*adyanthos*
Rutha domeſtica	*aſſa fœtida*
Ficus	*Raphanus*
Radix cucumeris a=greſtis	*Pix*
	ſemen urticæ

Affige iſtas medicinas in cœlo noſtro, & fiet tibi dyaforeticum, ut applices illud corpori noſtro.

CANON XXXVIII. QVI DOCET *quæ ſunt res repercuſſiuæ, ut illas applicare ſcias cœlo noſtro, ut fiat repercuſſiuum ad prohibendum malos humores, & repercutiendum à membris humidis.*

Repercuſſiua ſunt illa, quæ humores à patienti membro uel parte repercutiunt id eſt prohibent ne currant, & ſunt iſta quæ ſequuntur.

Acetum	*ſemperuiua*
Chimolea	*Paritaria*
Barbaſſus	*Cicuta*
Bolus arme.	*Vua milana*
Glandes	*Quinque peruia*
Solatrum	*Plantago*
Oleum roſaceum	*accacia*
Iuſquiamus	*Hypoquiſtidos.*
Papauer	

Affige ergo qualitatem iſtarum medicinarum Quintæ eſſentiæ noſtræ, & fiet tibi repercuſſiuum ultrà uirtutes medicinarum.

CANON XXXIX. IN QVO CONtinetur ſcientia rerum, quæ obdormire faciunt, ut utaris illis applicãdo cœlo noſtro, cũ neceſſe fuerit faciũt obdormire, quæ ſunt nimiæ frigiditatis, quia frigiditate conſtringũt neruos & humiditate ſua mulcent ſpiritus & cerebrum, & ſunt iſtæ quæ ſequuntur, ſcilicet.

Semen iuſquiami	Opium
Semen papa. nigri	Piſcis qui dicitur torpedo
Semen papa. albi	Salamandra
Mandragora	Biſcocta cum aqua frigida.
Lenticula aquatica	
Portulaca	Pſilium.

Has quippe res affige in cœlo noſtro, & facient obdormire mirabiliter quodlibet animal comedens uel bibens illud.

CANON XL. IN QVO CONTINETVR ſcientia mordificãtiũ, in effectu mordificatiua ſunt illa, quæ habẽt acumen, & ſunt iſta ſcilicet.

Folia oliuæ	azarnech
Arſenicum rubeum	ſuc. ellebo. nigri
Succus ellebo. albi.	alumen
Cupperoſa	atramentum
Flos æris	arſenicum album
Porrum	Cantarides
Radix cucumeris	æs uſtum
Agreſtis	

Affige ergo iſtas medicinas in cœlo noſtro & fiet tibi mor dificatiuũ ut applices corpori noſtro cũ fuerit neceſſariũ.

CANON QVADRAGESIMVS PRIMVS

qui docet quæ ſunt res confortãtes corpus noſtrũ.

Confortantes medicinæ ſunt iſtæ, quas hic ponimus, ut reddatur confortatiuum cœlum noſtrum ad confortandũ cerebrum, cor, inteſtinaq́, & alia membra corporis noſtri cum opus fuerit.

Sticados	*Borago*
Omnes mirabolani	*ſcariola*
Aurum	*Caulis*
Ambra	*Muſcus*
Sumach	*Balſamus*
Folium	*Vnicornium*
Xilobalſamus	*Argentum*
Galanga	*Camphora*
Poma citri	*Berberis*
Gariofili	*Ciperus*
Crocus	*Calamus aroma.*
Cinamomum	*Macis*
Sandali	*ſtorax liquida*
Cardamomum	*aqua ardens*
Spica nardi	*Xilocaßia*
Corallus	*Zedoaria*
Carui	*aqua roſa*
Spodium	*Perle*
Nux muſcata	*Cuſcuta*

Ozimum

Ozimum	Menta
Cubebe	Muſcus
Sponſa ſolis	

Affige ergo Quintam eſſentiam noſtrã his medicinis, & habebunt uim confortatiuam ad omne membrum.

CANON QVADRAGESMVS SECVN=dus, qui docet, quæ ſunt res ueneno repugnãtes, ut affigas illas in cœlo noſtro, ut habeat uim repugnãdi ueneno pluſquã magna tyriaca, & ſunt iſta uidelicet.

Vitriolum	Cornu cerui
Gentiana	Alleum
Dictamus albus	ſcopa regia

Affige ergo iſtas medicinas Quintæ eſſentiæ noſtræ, & habebit uim repugnandi ueneno milleſies plus quàm tyriaca.

Diximus de uirtutibus medicinarum & quomodo poteſt haberi earum Quinta eſſentia ad habendum earũ uirtutem pluſquam ſi per ſe ponerentur. Congruum eſt ut dicamus quomodo haberi poteſt Quinta eſſentia de mineralibus poſtquam de uegetabilibus tractauimus.

CANON QVADRAGESIMVS TERtius, qui te docebit doctrinam prædictam.

Sicut diximus ſupra, quomodo extrahere potes Quintam eſſentiam à uegetabilibus & lapidibus, ſic potes extrahere à mineralibus ſecũdum ordinem generalem. Sed quia intellectus plus de re ſpecifica intelligere poteſt, ſi de

ipſa ſpecialis fiat ſcientia quàm ſi fiat generalis, igitur de metallorum Quinta eſſentia ſpecificè tractabimus. V*nde accipe aquam mercurij quæ facta ſit per modum, quem in noſtro teſtamẽto diximus in libro, qui mercuriorum intitulatur in capitulo quod incipit.* Tu *fili de lunario liquore, &c.* Et *in iſta aqua diſſolues unc. 5. lunæ puriſsimæ,*



poſt diſtillationem filtratam, ſeparatur aqua à fæcibus, in qua uadit limoſitas aquæ. Hæc *aqua eſt reſolutiua omniũ aliorum corporum & ſui argenti uiui, cuius uirtute margaritæ reformantur in natura priſtina in modo, quo diximus in noſtro teſtamento & in compendio ſuper teſtamentum & codicillum miſſum regi* Roberto. *Secunda uerò aqua fit ſic ſcilicet quòd capias plumbi mediam*

unciam

unciam & de prædicta aqua quod ſufficit poſtquam uideris plumbum diſſolutum ſepara aquam per diſtillationem filtratam, & fæces extra mitte, quia nihil ualeret poſt hoc uerò diſtilla aquam per balneum, & ſerua fæces ad tempus opportunū. Tertia uerò aqua ſic fit, capias de cupro unciam unam, & illud diſſolue in tanta quantitate aquæ primæ quāta uolueris, & tibi uiſum fuerit, & dimitte illam quieſcere in ampulla ſua in frigido loco poſt unam diem naturalem, poſt hoc uerò ſepara aquā uiridem per filtri linguam, & primas quidem fæces extra mitte, deinde diſtilla aquam per alembicum & diſtillata ſerua fæces ſecundas. Quarta uero aqua ſic fit accipe. unc. i. ſtagni puriſsimi, & illud diſſolue in aliqua quātitate primæ aquæ & diſtilla, poſt hoc aquam illam cum limoſitate ſua & fæces, quæ remanſerint extra mitte poſt hoc diſtilla aquam per alembicum & ſerua fæces ſecundas. Aqua uerò quinta ſic fit, accipe. unc. i. ferri puriſsmi & diſſolue ipſum in tanta quantitate, quod ſibi ſufficiat de aqua prima, poſt hoc diſtilla per filtrum, & mitte fæces extra, & diſtilla aquam per alembicum, & ſerua fæces ſecundas. Sexta uerò aqua ſic fit, accipe. unc. i. auri puriſsimi & diſſolue ipſum per modū quem tibi diximus in noſtro teſtamento ſcilicet cum lunaria pura cum tanto pondere aquæ Quintæ eſſentiæ, & fac ſicut feciſti de alijs. Item omnia iſta metalla diſſoluere potes iſto ordine, facta aqua prima in illa diſſolue metallum, quod modo ſecundario tibi diſſoluere præcipimus, deinde fac de iſto ſicut prius ti

bi diximus,& in aqua ſecunda diſſoluas metallum tertiũ, & in aqua ſecunda tertij metalli diſſoluas metallum quartum,& in aqua quarti metalli diſſoluas quintum metallũ, & in aqua quinta metalli diſſoluas metallum ſextum. De *qua uis iſtarum aquarum accipe ſecũdum quòd tibi uiſum fuerit ad diſsoluendum metallum. Hæ limoſitates metallorum dicuntur Quintæ eſſentiæ ſeu mercurius ille mineralis, quem philoſophi conſyderauerunt in opere alchimico & lapidifico,& in opere medicinali. Sed in opere alchimico, iſtæ Quintæ eſſentiæ conſyderantur ſubtilius, quia in ſubtiliori materia, propter quod ſit per diuiſionem elementorum, ut in tertio libro huius uoluminis dicemus.* In *lapidibus uerò Quintæ eſſentiæ non ſunt ita in tanta ſubtili materia per magiſterium propinqua.* In *medicina uerò quælibet pars reſpectum habet.*

Dicto de Quinta eſſentia mineralium, qualiter poteſt per ſe ſubtile magiſterium haberi à manibus noſtris, nunc congruum eſt ut dicamus de diuiſione illarum in generali.

CANON XLIIII. QVI DOCET *illam doctrinam.*

Ad inclinationem magiſterij huius facias ſic, quãdo uerò metalla tua fuerint reſoluta, tu quippe diuides aquam quamlibet ad partem,& diuidas quamlibet aquam in partes duas,& unam partem uniuſcuiuſque partis pones cũ proprijs fæcibus in alembico uitreo,& diſtillabis in limo deſerti, qui eſt aer factus ex duobus corporibus in furno, quem tibi prius deſignauimus cum igne ſuaui & reſplen-

det

det cum modica uirtute minerali, et cum magna limoſitate appropriata ad uirtutes cœlicas recipiēdas, & in quacunque illarum aquarum mitte in ampulla uitrea cum collo longo & cum collo rotundo, & poſt hoc claude eius orificium cum cera communi, & poſt cum maſtice, & quamlibet illarum ampullarum pone in ſereno loco taliter, quòd nec lapis, nec aliqua alia res nociua poſſit tangere ratione uitri. Capies fæces materiales, à quibus limum reſoluiſti, quæ ſunt ſecundæ fæces per euaporatam ſublimationem in partibus aquarum, quas miſiſti ad ſerenum locum, & illas mittes in ampulla uitrea cum collo longo, quæ contineat duos palmos & intermitte partem ſuæmet aquæ, quæ reſeruatur de illa limoſa iam dicta, & claude ampullas cum clauſorio ceræ, & à lute & maſticis, ſicut alteri feciſti, & ſepeli illas in horto in terra bene groſſa in profundo unius palmi cum dimidio, & ponas illas, quamuis etiam aliam rem in gyro colli ampullarū, quæ appareat extra ad illius conſeruationem, & ſint hic per unum annum integrum. Sic igitur facies in alchimia tranſmutatoria ſcilicet aërem cum terra foliata, & ſimul ſepelies in terra in una ampulla, & ignem pone in alteram ampullam in loco ſereno ſicut de alijs feciſti. Vis ſcire iſtam triplicem ſcientiam, neceſſarium eſt tibi qualiter locum locatum generat ſcire de ſua propria natura. Vnius naturæ ſunt aquæ quæ mittuntur in terra, et alterius quæ ponuntur ad aërem, quoniā illæ, quæ mittuntur in terram, habent uim & uirtutem induratiuam atque ſi

xatiuam. Et illæ quæ ſunt in aëre habent uirtutem et proprietatem indurandi & fixandi paſſiuè tamen intellige. Finito quippe anno tu habebis omne illud, quod à mundo deſyderatur ad hoc opus, uel ad illud, de quo potes ad placitum tam in magiſterio alchimico quã in medicinali.

PRAEFATIO AVTHORIS
in ſecundum librum ſuũ de naturæ arcanis & Quintæ eſſentiæ uſu.

DIcto de magiſterio primi libri, in quo dedimus theoricam Quintæ eſſentiæ, & declarauimus modum extractionis eius à quacunq; re elementata. Congruum eſt ut dicamus qualiter omnes iſtæ Quintæ eſſentiæ applicentur ad corpus humanum.

INCIPIT SECVNdus liber huius uoluminis, qui appellatur de remediis ultimatis generalibus ad commodum corporis noſtri conditus.

IN HOC *præſenti libro tractare intendimus de applicatione Quintæ eſſentiæ ad corpora humana ad finem, ut per illum curentur omnes morbi incurabiles ſecũdum iudicium neotheoricorum medicorum. Sed qui uult profundè indagare naturæ principia, quæ deteximus hic, cum tamen omnia plenariè nequeant per ipſum attingere. Iſta quippe inter entia ſciant, & etiam eorum naturas & complexiones & uirtutes contra infelicitatem naturæ, per ea quippe, quæ in præſenti libro deſignamus ſcias remedia, præcurare corpori humano ſubitò & quaſi miraculoſè.*

Quia in hoc præſenti libro ſpecificata eſt doctrina curationis omnium morborum à capite uſque ad pedes, & compoſuimus librum contra noſtram intentionem, ex eo quia prius ipſum diximus fieri compendioſum. Quapropter unam regulam generalem dabimus, unde poßint omnes à capite uſque ad pedes curari cum noſtra Quinta eſſentia. Poſtea uerò deſcendemus ad aliquam ſpecificam cauſam collationis, ut ſecundum doctrnam quam de ipſis dabimus, ſciet quilibet inueſtigator ueritatis de alijs.

practicare ſecundum ſuum modum unde ſequitur.

CANON PRIMVS QVOMODO IM*pedimenta ſomnij euitentur, & iuuentus priſtina reſtauretur, et omnes morbi à capite uſque ad pedes in generali curentur magiſterium in cura incommodorum à capite uſque ad pedes ſic condies, ſcilicet quod tu reſpicias infirmitatem, cuius generis ſit, & cuius ſpeciei, & reſpicias eius qualitatem & quantitatem, & utrum eſt nimis moleſta, uel non tunc recurre ad noſtrum librum de ſimplicibus medicinis, & medicinas quas inueneris appropriatas doloribus appone in noſtra Quinta eſſentia, et applica uel in potu, uel ad extra, et cito, & in modicum tẽpus erit perfectè curatus à quacunq; infirmitate.*

Quæſtio. Quomodo cognoſcam gradum infirmitatis qualitatis, cum nullus philoſophorum talem doctrinam poſuerit in libris ſuis.

Solutio. Recurras ad principia medicinæ, & ad librum de regionibus ſanitatis, & ad librum urinarum et pulſuum, quos ſuper artem medicinæ compoſuimus.

Quæſtio. Quomodo cognoſcam dictas medicinas, ſi librum de ſimplicibus habere non potero. Solutio. Tu recurras ad libros Philoſophorum quia ſi non perfe-

ctè

ctè tractauerint, tu per eorum doctrinam melius opera=beris quàm per te ipſum probando medicinam iſtam, aut illam ſi inueneris, impedimenta ſic euitantur & iuuentus priſtina ſic reſtauratur uſque ad terminum nobis à Deo *conſtitutum, & eſt ut accipias quintam aquæ ardentis cõditionatam per modum primi libri, infra quam infunde Quintam eſſentiam auri & perlarum, aut ipſum aurum & perlas, & hac mirabili potatione potet ſenex mane & ſero ad quantitatem ſemi nucis plenæ, & infra pau=ciſsimos dies ad tantam incolumitatem deueniet, ut mani=feſtè et ſenſibiliter ſentiet ſe ad priſtinam iuuentutem de=ueniſſe tamen cautela eſt in hoc tempore uino temperato uti. Si uerò addideris Quintam eſſentiam uulgò, ſic erit magiſterium fortius in operatione, utatur enim his dieb. bonis comeſtibilibus, & uino quod biberit addat Quin=tam eſſentiam auri & perlarum, ſicut te docuit primus liber diſcretè. Hæc eſt regula, quam ſeruabis in detrimẽ=to ſenectutis & iuuentutis recuperatione.*

Quæſtio. V*idetur mihi impoſsibile, quòd ſenectus re=trogradetur ad iuuentutem, quoniam ſi hoc eſſet uerum, nullus principum tyrannorũ deueniſſet in mortem etiam nullus alius utens hac medicina, quia ſic* Deus *eſſet con=tra ſeipſum, ut patet* Geneſis *ſexto.*

Solutio. N*on dicimus tibi de retrogradatione, ſed de illa, quæ ultra naturã deuenit, ſicut uidemus quotidie, quòd plures homines ſunt 50. annorũ & ratione cõple=xionis, uel alicuius corruptionis apparent ſecundum rei*

ueritatem 60. uel 65. annorū, et ſic de alijs qui nondū 30. annum attigerunt, et apparent ſecundum rei ueritatem, 30. annorum, huic tali intendimus per doctrinam huius canonis ſuccurrere, ut non ſeneſcat magis quàm per naturam poſſet ſeneſcere, & quòd reuertatur ad priſtinum ſecundum ſenſum, & uires recuperet, & canos mutet in rubrum uſque ad diem mortis ſuæ conſtitutæ per Deum.

CANON II. QVI DOCET MAGISTErium *in ſuſcitatione mortuorum, quod eſt unum de ſecretis maximis in hoc libro*

In *hoc canone mortuos appellamus non illos qui ſimpliciter ſunt mortui, ſed illos de quibus ultimatè deſperatur, ita quod à medicis & à uitæ actibus ſunt derelicti in tantum quòd etiam ſenſibus non utuntur, huic mortuo in tali deſperatione ſubuenimus, ut ſatis citò reſurgat, et loquatur et uiuat, niſi ſit ille ultimus terminus à* Deo *conſtitutus, & magiſterium huius ſecreti eſt, ut tribuas ſibi* Quintam *eſſentiam per ſe ſolam, & ſtatim in modicum tempus reſurget uiuus dum in ſtomacho tranſglutiens influat cordi radium uitæ naturalis, et defunctam naturam ipſam uidebis reparare, & ſi uis, quòd hoc fiat in parte 15. horæ, uel quaſi in 20. punctis horologij, ita ut à circūſtantibus credatur illuſio uel miraculum euidens, habeas celidoniam, cuius flos et fructus eſt in colore auri interius & quatuor elementa extrahe per magiſterium primi libri, et accipe de elemento ignis, quod eſt tanquam liquor olei, et affige noſtræ* Quintæ *eſſentiæ in quantitate unius*

grani

grani tritici, & ſtatim reſurget im modicum ſpacium, ſi ſufficiens fuerit patiens ad ipſam traſglutiendam, deinde conforta eum cum adminiſtratione noſtræ Quintæ eſſentiæ per ſe, et ſcias quòd perfectè curabitur, niſi Dominus Deus iubeat illum omnino mori.

Et dico tibi, quòd hoc eſt ſubtiliſſimum apud modernos, nec eſt niſi unus, qui tanta ſciat bona. Ipſi quidem aſſerunt naturam omnino deuictam poſſe recuperari cum medicinis communibus abſque noſtra Quinta eſſentia et aſſerunt impoſsibile magnum. Cum enim uident hominem mori, dicũt nulla res in natura eſt niſi ſolus Deus, qui ab iſto periculo iſtum infirmum poſſit liberare, quorum contrarium aſſerimus. Tu autem operare ſecundum doctrinã tibi traditam in canone iſto, & facies miracula ſuper terram.

CANON TERTIVS, IN QVO CONTINETUR ſcientia in cura leproſorum ut reuertantur ad ſanitatem priſtinam & mundentur.

Quoniam iuſtus Deus in pœna peccati in nos inflixit multos gradus infirmitatis, & inter alios plaga lepræ deteſtabilior eſt, ac ignominioſior humano generi & eſt difficilis et aliquando impoſsibilis cura eius, ut lepra quæ permittitur à Deo ſicut lepra Giezi & Conſtãtini, quæ lepræ nullo ingenio humano curari poſſunt, niſi diuina uirtute. Nos uerò minimè hic de talibus lepris loquimur, nec etiam de illa, quæ uenit per generationem.

Sed nos loquimur de plaga lepræ, quæ aduenit hominib. ex humorum corruptione uel uenenorum inficientium natura, quia huic tali remedium & perfectam ſanitatem intendimus procurare, ſi etiam per multum tempus uel modicum præceſsit. Recipe igitur hoc arcanum ſcilicet noſtram Quintam eſſentiam auri & perlarum, & admi niſtra patienti per octo dies dando ſibi manè unā plenam nucem, et ſic plenè curabitur. Nam hæc cœleſtis medicina eſt, quæ totam lepram cuiuſuis humoris peccantis infra modicum tempus curat. Hoc quippe eſt archanum maximum & utile magiſterium in hac infirmitate.

Item alius modus eſt in cura huius morbi, ut accipias aquam factam ex fragris, quæ ſunt fructus maij, & affige illam noſtræ Quintæ eſſentiæ, et una cum Quinta eſſentia auri & perlarum, quas primus liber te docuit extrahere ad plenum in canone diſſolutionis metallorum, & applica illi, et uidebis mirbilia uel effectū ſtupendiſsimū. Nam & ſi addideris eis Quintam eſſentiā, faciet utiq; fortius. Aqua quippe harum diſsimulat leproſos, ſi bibatur, & liniantur maculæ, potiſsimè ſi ipſam miſcueris aquæ ardenti. Oportet igitur ſecundum doctrinā tibi traditam in hoc canone, & noueris te omnem lepram cum ſuis ſpeciebus perfectè curare.

CANON IIII. IN QVO CONTINETVR *ſciētia ad curādū paraliſim in quocūq; corpore humano.*

Paraliſis eſt morbus difficillimus ad curandum in tantum, quod iudicatur apud prudētes modernorū, p morbo impoſsibilis

impoſsibilis curationis, & magiſterium huius curationis eſt, ut affigas noſtræ Quintæ eſſentiæ hærbã, quæ dicitur yua, & ſaluiã, & grana ſinapis, & da ei in potu per nouẽ dies, & unge exterius & noueris dando ei balneum calidum & humidum, cum his hærbis perfectè curabitur in tantum, quod uidebitur ipſum morbum nunquam habuiſſe, & ambulabit incolumis, & membrum emendabitur tanquam ſi rem illius morbi nunquam habuiſſet.

Item alius modus eſt ut applices Quintæ eſſentiæ noſtræ res, quæ humores uiſcoſos purgant, & da patienti per modum ſupradictũ, & ſcias quod perfecte curabitur.

CANON V. QVI NOS DOCET HABE *re medicinam ſeu remedium contra conſumptos in toto corpore & nimium macillentos ſicut ſunt homines raræ complexionis, & pueri, & conſumpti, & Tabidi ethici.*

Eſt autem omnium illorum cura uera cum noſtra Quinta eſſentia, iam enim tibi diximus, quod naturã debilem confortat, & deperditam reſtaurat, reſtauratam conſeruat, & carnẽ naturalẽ in corpore nimis macilẽto & etiã conſumpto procurat. Eſt autẽ in hoc fortius magiſteriũ ut extrahas ab hærba celidonia quatuor elementa per magiſterium primi libri, & accipe elementum aeris, quod eſt in colore olei optimi, & miſce cum Quinta eſſentia noſtra. & infra modicum tempus erit uirtutis miraculoſe reſtauratio & ipſe homo fiet pinguis ſupra quàm credi poteſt. Non eſt præter iſtam res in natura, quæ tantum in his remedijs poſsit ualere.

Item ſi accipias carnem cancrorũ, id eſt puluerem Alexandriæ flu. & miſceas noſtræ Quintæ eſſentiæ, idem faciet. Et nota, quod hæc eſt ultima cura, quæ eſt in quocunque genere & ſpecie febrium in tantum, quod ſi puluis illorum detur in eſu poſt ſigna digeſtionis cognita, perfectè curat patientem à quacunque febre. Et hec arcanum à malis & iniquis cuſtodi.

CANON VI. QVI DOCET NOS CVram perfectam dæmoniacorum, melancholicorum & omnium morborum caducorum.

Vera experientia docet nos, quod omnes melancolici occupantur in horribilibus cogitationibus. Nam humor ille malitioſus ortum habet à ſplene & fumi illius per poros aſcẽdunt uſque ad cerebrum & fantaſiam mouent, & imaginatiuam cum conturbatione intellectus dormiendo horribilia fantaſmata fabricant, uigilando horribilia cogitant, aliquando autem iſte humor eſt nimis malitioſus et generat epilepſiam, uel appoplexiam. Cum talibus enim infirmitatibus dæmones frequenter miſcentur in tantum, quod infirmitas mixta cum dæmone torquet patientem. Aliquando autem fiunt ſtulti, & ſecum loquuntur, & uidentur multoties cum hominibus quaſi diſputare & non niſi ſecum diſputant, & etiam tales ueniunt in deſperationem, & ſeipſos occidunt.

Cura uerò iſtorum talis eſt, ut utantur noſtra Quinta eſſentia, uel quod cum ipſa immittantur iſtæ medicinæ ſcilicet fumuſterræ, Centaurea maior epithimus, thimus, lapis

pis lazuli, elleborus niger. Et dimitte ſtare in noſtra Quīta eſſentia per tres horas, & da ei in potu bis in die & ſemel in nocte, & unge ab extra totum corpus & regionem ſplenis. Iſta quippe medicina cerebrum mundificat melancoliam purgat, & lætum reddit patientem, & perfectè ſanum in decem dies, ſi iſtam medicinam continuauerit.

Quæſtio. Quomodo poteſt fieri, quod dæmones per medicinas poßint à corporibus eijci cum non habeant corpora, in quibus poßint recipere impreßiones medicinarũ cum omnis potentia circa obiectum operatur.

Solutio. Multæ rationes poſſent aßignari in ſolutione huius quæſtionis tam ex teſtibus ſacræ ſcripturæ quàm per rationem neceſſariam dæmones fugari per uirtutem medicinarum ſenſualium, ideo adduco rationem ſacræ ſcripturæ ad ſolutionem quæſtionis. Scriptura ſacra in libro Thobiæ demonſtrat, dæmones fugari per uirtutem rerũ ſenſualium in modo honeſto & ſancto, hoc fit cum fumigatione & ſacrificio &c. Nam in eo. lib. cap. 6. dicitur quòd poſuit Thobias partem iecoris ſuper carbones & dæmon fugit à tota domo. Item eodem capit. poſuit Thobias partem cordis ſuper carbones & fumus illius effugauit omne dæmoniorum genus. Ecce patet, ſolutio quæſtionis per ſacram ſcripturam, hoc autem eſt per credere. Sed ſi uis intelligere quomodo ſolutio ſoluatur per rationem naturalem, accipias iſta principia, cauſa, effectus, iuſtitia. Vnde facio iſtam rationem, omni cauſa remota, remouetur eius effectus. Item iuſtitia eſt id, cuius ratione redditur unicui-

que quod ſuum eſt. Ex prima maxima talem rationem fun damus. Dæmones ad corpora iungũtur humana propter malam diſpoſitionem & humoris corrupti, aut infecti me lancolici, qui malas figuras, nigras & horribiles format in fantaſia, & intellectum conturbat, dæmones autem has formas habent in conſuetudine accipere, & communiter habitare in locis obſcuris & ſolitarijs, qui dum per Quin tæ eſſentiæ uirtutem & aliarum rerum à corpore talis hu mor expellitur, qui eſt cauſa dæmonum, quare ad tale cor pus deueniunt, tunc temporis dæmones ſimul cum humo re euaneſcunt.

Alia uerò ratio talis eſt. Sicut poteſtas Dei poteſt & po tuit elementorũ qualitates ſtare facere in Acheronta poſt diem iudicij ſine proprijs ſubſtãtijs coeſſentialibus ad uin dictam ſuæ diuinæ iuſtitiæ, ſic poteſt ipſos dæmones facere pati ſub actione rerum ſenſualium, ut ueritas ſuæ poteſta tis, quæ cum ipſa iuſtitia conuertitur habeat ſubiectum, in quo poßit uti ſuo actu ſecundum quantitatem culpæ, aliàs inæqualitas ueritatis eſſet deſtructa propter defectum li beri arbitrij, ratione cuius Deus non haberet poteſtatem utendi ſecundum diſpoſitionem dignitatum in creaturis, quod eſt impoßibile. Eſt igitur uerum, quod Deus habet liberum arbitrium, ut utatur ſecundum diſpoſitionem ſua rum dignitatum in principijs creatis, & reddet pœnam iuxta quantitatem culpæ, & meritum & gloriam ſecun dum ſuum modum. Nõ eſt ergo dubitãdum quin Deus ad uindictam ſuæ diuinæ iuſtitiæ ſubmittat dæmones actioni

bus

bus rerum ſenſualium.

Item ſolutio quæſtionis prælibatæ patet per actiones necromantiæ Salomonis, cum qua dæmones coguntur facere opera bona, aut mala uirtute uerborum, lapidum, & plantarum, patet ergo qualiter dæmones actioni rerũ ſenſualium ſubmittuntur.

Item clare poteſt intelligi per actionem ignis auerni, quo torquentur animæ damnatæ, & ipſimet dæmones ad multiplicationem ſuæ pœnæ, quamuis ſua ſubſtantia non ſit ex quatuor elemẽtis compoſita, tamen ut ſua pœna magis multiplicentur ſentiũt ipſi pœnã iuſſu diuinæ iuſtitiæ.

Nam qui contra infinitam ſubſtantiam peccat, infinitè peccat: oportet, peccans igitur quocunque modo poſſit magis pœnam pati, ſed præter uiſionem diuinam nulla poteſt eis dari maior quàm quòd ſubmittantur actioni uirtutis rerum ſenſualium. Et propter hoc extat reuelatio qualiter medicinæ ſenſuales actiones habent ad dæmones fugandos de quocũque corpore, utere ergo iſta medicina ſupradicta, & curabis quoſcũque dæmoniacos, apopleticos, & melancholicos, & potiſſimè ſi dictis medicinis addideris herbam, quæ dicitur ypericon, quæ aliàs dicitur fuga dæmonum ſeu perforata. Nam fumigatio ſeminis eius fugat omnem dæmonem à propinquitate corporis, uel à domo.

CANON VII. QVI DOCET CVRAM *contra illos, qui timorem habent & inconſtantiam & contra debilitatem poſt infirmitatem, & ad reparationem audaciæ & for titudinis pluſquam per natu= ram poſſet habere.*

Non dicimus in uanum, quòd nec intellectus humanus poteſt capere, neque lingua narrare miraculoſas uirtutes quas Deus *poſuit in* Q*uinta eſſentia uini, & omnium re= rum elementatarum, & inter omes* Q*uintas eſſentias ad hoc magiſterium precioſe ualent* Q*uintæ eſſentiæ hærba rum peoniæ, & angelicæ, croci, perlarum, & auri. Si ue rò omnium iſtarum* Q*uintas eſſentias miſces cum* Q*uinta eſſentia uini, & dederis in potu ſubitò, & quaſi miraculo ſe, homo qui dictis torquetur infirmitatibus timorē amit= tit, & debilitatem, & fortitudinem recuperat exteriorē & interiorem, in tantum quod mortem contemnit, nec ti= met quicquam ſed ſupra modum efficitur audax & fortis uiribus.* N*am in tantum ſibi uires augmentātur, quòd eſt incredibile, niſi per experimentum appareat effectus.*

CANON VIII. IN QVO CONTINE *tur ſcientia ad curandum illos, qui ſunt infecti ue= neno in potu, uel quouis alio modo.*

P*lagam ueneni oportet te cognoſcere ad ipſam curan= dum, quare multis modis noſtris corporibus contingit, ſi= cut ex morſu ſcorpionum, tyris, uiperæ, canis rabidi, uel alterius rei uenenoſæ, & cōtingit ex potu & tactu illarū,*

quibus

quibus cito adhibenda eſt cura, ne pereant. Sume igitur Quintam eſſentiam uini, uel quintas eſſentias, auri, croci, peoniæ, angelicæ, ruthæ raphani, & per ſeipſam da in potu patienti, & cito curabitur.

Item ut fortius ſit antidotum, mitte Quintas eſſentias rerum, ſcilicet dictami rubei, ſcopæ regiæ, quæ præ omnibus rebus quæ repugnant ueneno tenet principatum boli, gentianæ, cornu, unicornu ſi poteſt haberi, uel ipſas res ponas in noſtra Quinta eſſentia, & dimitte ſtare per tres horas, & poſt da patienti & citò curatus erit, & hæc in potu detur, & ungatur ab extra locus infectus, & etiam totum corpus, & uidebis miraculi effectum in cura uenenorum.

CANON IX. QVI TE DOCET CVram contra humores infectos corporis noſtri, & contra calefactiones, prurigines & pediculos.

Fomentum generationis pediculorum, pruriginum, & calefactionum in humano corpore eſt humorum corruptio, & humoris infectio & putrefactio, homo enim qui iſtas infirmitates habet inquietatur & eſt anxius, & non ceſſat ſe ſcalpere, & in nulla re placitum ſumit. Ideo quòd nulla res eſt in mundo, quæ potius infirmitatem hãc curet quàm illa, quæ corpus conſeruat à putrefactione quacunque, & humores corruptos conſumit, & ideo cum noſtra Quinta eſſentia, ſi dederis eam in potu, et unxeris corpus ab extra, in paucos dies erit perfecte curatus, & potiſſimè

ſi ad ungendum miſces illi argentum uiuum, & ad potandum miſce ſtaphiſagriam. Eſt autem notandũ, quod quandoque pediculorum cura eſt impoſsibilis, ut quando ratione pæccati alicui perſonæ infligitur talis morbus, ut habes actuum ſexto de Herode, *quem percuſsit angelus, quia non dedit honorem* Deo, *& conſumptus à uermibus exſpirauit.*

Item quidam Romanus *Imperator à nullo remedio medicorum potuit liberari à pediculis, & conſumptus ab eis expirauit, non autem de tali cura, ſed de illa, quæ ſecundum naturam euenit loquimur.*

Quæſtio. Quomodo cognoſcam, quæ eſt infirmitas naturalis, & quæ eſt quæ mittitur à diuino iudicio.

Solutio. Potes perfectè cognoſcere, cum Quintam eſſentiam ſibi adminiſtraueris cum competentibus, & nullum ſentiet remedium, tunc perfectè pronoſticari potes ipſum ad mortem peruenire ſine fallatia, quoniam impoſſibile eſt, ſi morbus euenit à natura, cum adminiſtratione Quintæ eſſentiæ, ut non ſentiant perfectã meliorationem,

CANON X. QVI DOCET TE REmedium *habere contra ſperantem, ut infirmus reducatur ad perfectam ſalutem.*

Apud uniuerſum orbẽ ille medicus reputatur eſſe maximus inter alios, qui in paucos dies ſciuerit curare quartanam, quoniam infirmitas eſt magnæ prolixitatis, & eſt de natura terræ, nullus eſt medicus, qui cum honore exeat de cura illius. Si igitur hanc infirmitatem curare uolueris

infra

infra tres uel quatuor dies da patienti in potu noſtram Quintam eſſentiam; & unge ſuper regionem ſplenis, & erit perfectè curatus. Item ſi uis ut fortius operetur, adde illi quæ melancoliam purgant, quæ poſuimus ſupra in cura dæmoniacorum, & adminiſtra patienti, & fortius operabitur, ſi addideris illi ſauinam, quia proprium reſpectum habet ad hanc febrem, in tantum quòd ſi de ſucco illius inſtillaueris duas uel tres guttas, & mittantur in ore infirmi, uel in aure tollit feb. illius.

CANON XI. QVI DOCET, CVram perfectam cõtra tertianam.

Tertiana febris quædam uera, quædam non uera, in cognitione autem harum febrium, quære doctrinam quã poſuimus in prædictis libris noſtris, ſed in cura illarum, quamuis ſit differens apud modernos effectus, non his cũ una medicina generali remedium adhibere intendimus contra ueram tertianam, quæ eſt de colera pura. Hanc adhibebis curam ſcilicet quod accipias reubarbarum ad quantitatem ponderis duorum denariorum, & adhibe noſtræ Quintæ eſſentiæ cũ uno põdere unius denarij ſcamoneæ puræ, et dimitte ſtare per tres horas, et da patiẽti ad quantitatẽ unius nucis plenæ, per cõtinuationem triũ dierum & erit perfectè curatus quilibet habens iſtam febrem, & quia in tertiana non uera miſcetur flegma, adhibe huic medicinæ turbith, ſene, & polipodium, & da patienti, & curabitur perfectè ſine errore, ſi morbus fuerit à natura miſſus, hoc eſt quòd non ſit miſſus manu

CANON XII. QVI TE DOCET CVram in quotidianis febribus.

Febris quotidiana, generatur ex corruptione flegmatis & ex abundantia eius, & ideo eſt uera quædam, & alia non uera, quippe cauſatur ex flegmate naturali. Non uera uerò cauſatur ex flegmate nõ naturali, cũ qua ſimul corrumpitur aliquis alius humor, quæcunque igitur ſit febris iſta perfectè curatur cum noſtra Quinta eſſentia per ſe ſola, ſi dederis in potu per ſpacium dierum trium. Si uerò addideris res quæ flegma purgant quas ſupra in areolis inuenies, erit mirabilis affectus.

Item ſi addideris huic Quintæ eſſentiæ per ſe hærbam quæ dicitur mercurialis, erit medicina fortius operans. Experimentum enim eſt, quod ſi de ſucco ſumas illius, & inſtillaueris tres guttas in narem dextram, uel aurem patientis, tollit typum quotidianæ, hoc idem faciet ſi cum medicinis flegma purgantibus, addideris illam noſtræ Quintæ eſſentiæ.

CANON XIII. IN QVO CONTINEtur ſcientia ad curandum omnes continuas febres.

Febris continua multiplex eſt, quædam fit de ſanguine, & iſta diuiditur in partes duas, quædam enim fit ex multitudine, & quædam ex incorruptione illius.

Item quædam fit de colera, & iſta diuiditur in alias duas partes, quia quædam eſt, quæ fit circa regionem cordis, alia fit in cerebro.

Item

Item iſta quæ eſt in cerebro diuiditur in 2. partes, quia quædā à parte ante, alia à parte retro. Itē fit ex flegmate, & iſta diuiditur in partes tres ſcilicet in minorem mediam & maiorem. Prima uerò febris ſanguinis una dicitur ſinochus. Alia dicitur ſinocha.

Item febrium coleræ una dicitur cauſon, alia dicitur freneſis, & alia quæ fit à parte retro dicitur litargia.

Item aliæ febres flegmatis enutriuntur, in febribus enim ſanguinis oportet flebothomiam præcedere & poſtea ut applices illi noſtram Quintam eſſentiam cancrorum fluuialium & camphoræ, uel ut miſceas iſta ad noſtram Quintam eſſentiam, et des infirmo ut exalet febris & inflammatio. Item febri colericæ applica noſtram Quintam eſſentiam cum rebus, quæ refrigerant tam in potu quàm ad extra liniendo, & etiam cancros fluuiales cum eis ſimul addes & cāphoram, item febri flegmaticæ applica noſtram Quintam eſſentiā cum rebus, quæ purgant flegma, quas eliges ut in tabulis primi libri. Sed in febre quæ fit à parte retro capitis cōpetit illinitio noſtræ Quintæ eſſentiæ mixtæ cum rebus calidis, et quod in potu dentur refrigeratiua.

Item ſi omnibus iſtis antedictis miſcebis Quintam eſſentiam ſanguinis humani, extractam per doctrinam canonis primi libri, effectus miraculoſos facies in cura iſtarum febriū, et hæc tibi ſufficiant.

CANON XIIII. IN QVO CONTINE-
tur ſcientia contra febres peſtilentiales.

Vt ſcias curam illarum, cum nullus medicorum ſciat his remedium adhibere, cum peſtilentibus febribus nullus modernorũ præter unum ſciuit adhibere remedium utile, ex eo quia ignorant naturam. Tu igitur cum Chriſti adiutorio patienti adhibe noſtram Quintam eſſentiam per ſe ſolam, ad quantitatem unius ſeminucis plenæ et perfectè curabitur. Si autem uolueris fortiorem facere medicinam, pone in noſtra Quinta eſſentia Quintã eſſentiam gentianæ dictami rubei, gariofilate, boli armeni, caſtorei ſcopæ regiæ, & ruthæ ſylueſtris, et de iſta medicina mirabili da patienti, aut appone iſtaſmet res in noſtra Quinta eſſentia, & intra tres horas applica patienti, & cum guſtauerit de iſta medicina mirabili, radius uitæ aſcendet ad cor, quia aẽrẽ infectũ expellet, unde dicimus tibi in ueritate, quod poſtquã guſtauerit ſecurus erit, q; non periclitabitur ex illa febre, ſi infra unã diẽ ſuccurres infirmo.

CANON XV. IN QVO CONTINE-
netur ſcentia in uera cura ſpaſmi.

Spaſmus eſt multiplex, quidã eſt ex repletione, alius ex inanitione, aliũs qui ſupuenit in uulnerib. qualiſcũque ſit, mortalis eſt. His ergo ſuccurrendum eſt cum potu & illinitione noſtræ Quintæ eſſentiæ, ſi addideris noſtræ Quintæ eſſentiæ res humidas, quas ſumes de tabulis 1. lib.

Item ſumma cura eſt in hac infirmitate ſi prouocaueris febrem, quam ſic prouocabis ſcilicet quòd aſſumes

hærbam

hærbam, que dicitur flãmula, & miſce cum noſtra Quinta eſſentia, & dimittas ſtare per tres horas, & unge & frica fortiter arterias & ſpinam dorſi, & cooperi multum bene cum pannis, & eueniet ei ſtatim febris, poſtquã uenerit ei febris ſpaſmus curatur, tunc labora ad curandum eam cum carnibus cancrorum fluuialium mixtis noſtræ Quintæ eſſentiæ, dando in potu, & ungendo corpus ab extra. Si uerò præcedens ſpamus fuerit ex inanitione comedat infirmus, ſi uerò ex nimia repletione da ſibi dietam. Si autem fuerit ſuperueniens uulneri conforta uulnus cum ferro ignito prius, poſtea cum putrefacientibus, poſteacum carnem naſci facientibus, omnibus iſtis mixtis cum noſtra Quinta eſſentia.

CANON XVI. IN QVO CONTINEtur ſcientia qualiter adminiſtrari debent medicinæ laxatiuæ, & quomodo poſſit curari ſciatica, podagra, & omne genus guttæ.

Ab origine orbis uniuerſa philoſophorum multitudo indagare non deſinit modum adminiſtrationis medicinarum laxatiuarum. Primò ut non interficiant. Secundò ut non faciant uirtutis caſum. Tertiò ut ſine periculo agant in partibus remotis, & ab illis partibus humores corruptos adducant. Tempera igitur dictas medicinas cum noſtra Quinta eſſentia, & non potes in cura tua errare.

Iam tibi ſæpius diximus, quòd antequam adminiſtres proportionatam huic dolori uel illi, quòd dimittas ſtare illas medicinas, quæ aſpectum habent, ad illam prius per tres horas in illa, poſtea adminiſtra patienti.

Quæſtio. *Quare præcipis laxatiuas cum Quinta eſſentia adminiſtrari, cum omnis uirtus rei cuiuſque in centuplo magis augmentetur ab ipſa Quinta eſſentia quã ſine illa, et ſi hoc eſt uerum, nulla medicina tribuatur alicui ſine mortis periculo.*

Solutio. Præcipimus tibi adminiſtrare medicinas laxatiuas cum noſtra Quinta eſſentia ad finem ut melius & fortius materia peccans à corpore extrahatur, & ad finem, ut non impendantur tantæ expenſæ.

Item ratione uirtutis centuplatæ, quòd applicari non poſſunt ſine corporis periculo, dicimus quòd non eſt neceſſe ut adminiſtres in tanta quantitate, ſicut adminiſtrantur ante applicationem noſtræ Quintæ eſſentiæ. Exemplum. *Si de aliqua medicina laxatiua miniſtrentur in quantitate unius drachmæ, miniſtratur de Quinta eſſentia laxatiua pondus unius areæ, uel ſi miniſtratur pondus unius unciæ, detur de Quinta eſſentia pondus unius drachmæ, & ſic de alijs ponderibus aliarum medicinarum laxatiuarum ſecundum ſuum modum, & ſic poteſt noſtra Quinta eſſentia adminiſtrari ſine damno & periculo.*

In cura autem unius guttæ ſummæ bonitatis Deus *creauit noſtram Quintam eſſentiam, et Quintam eſſentiam*

ſanguinis

ſanguinis humani, quælibet enim per ſe, & ambæ ſimul curant omnem febrem, ſi dederis in potu, & unxeris locum patientem. Si autem uis fortius operetur, adde iſtis Quintis eſſentijs Quintã eſſentiam ebuli, uel ipſum ebulum mixtum cum dictis Quintis eſſentijs, et in tres horas applica in potu et unge ab extra, et infra modicũ tempus curabitur perfectè, nam hærba iſta à tota proprietate curat omnem guttam, ſi cocta cum uino ſupponatur loco patienti ſic calida, & in modicum tempus uel dies curat ipſum patientem.

CANON XVII. QVI DOCET TE QVAliter potes te habere in omnibus curis chirurgiæ, ſecundum quod fuerit poßibile uulnera per naturam reparare.

Sumus de intentione hic in ſumma breui tibi tradere doctrinam generalem in curis chirurgiæ, hoc eſt qualiter poſſunt curari cum noſtra Quinta eſſentia.

Caput multotiens percutitur cum ferro, & oportet uti medicinis. Chirurgicus quærat ſubtiliter cum ferro ſuo & cum digito, ſi eſt aliquod os ſubmotum ut poßit confeſtim trahi, trahatur ſtatim, & ſi aliquod manet fixum cum carne, tamen eſt fractum, ponatur ſibi per dies oui uitellum cum oleo roſaceo, donec caro putrefiat, & os eleuetur, tunc curetur cum Quinta eſſentia conſolidatiua, & cum illa, quæ carnem facit creſcere.

Si ictus ſit talis quòd cutis non frangatur, tamen os fractum fuerit à parte intus, quod poteſt cognoſci per dolorem capitis ingentiſsimum, et nauſea aperiatur cutis, euelletur os ſtatim ſi poteſt euelli, ſi nō, ponatur illud putrefactiuum, donec caro retinens illud euellatur per putrefactionem, & os exeat. Si uerò os capitis fuerit fixum, ponatur de Quinta eſſentia conſolidatiua, quæ infra quinq; dies perfectè conſolidabit os. Si uerò dura mater fuerit ſciſſa, mittatur ſupra de dicta Quinta eſſentia, quæ eſt ingentiſsimæ conſolidationis, & poteſt cognoſci ſciſsio duræ matris per puſtulas in labijs, ſed ſtatim, quia ſi detur ſibi palea ad ſcindendum cum dentibus, non poteſt præ magno dolore.

Item quia habet faciem plumbeam. Item ſi pia mater ſciſſa fuerit uel quouis modo alio taliter, quod ſequatur in ipſa continuitatis ſolutio, quod poteſt cognoſci per nauſeam ſequentem dolorem ingentiſsimum, & coruſcationem lampadum et tonitruorum, quod ſciri poteſt per iudicium patientis, & per plumbeitatem, & oculorum turbationem, & cætera. fiat illi curatio cum eademmet Quinta eſſentia conſolidatiua, quæ præ oculis demonſtrabit tibi conſolidationem, deinde cura uulnus cum Quinta eſſentia, quæ facit carnem creſcere, item in alijs membris ſi ſit percuſsio ab enſe, et ſcinduntur caro, uenæ, nerui, & os. Succurratur igitur prius cum terbentina, & oleo, & cum uino Quintæ eſſentiæ, mixto & retineatur ſanguis, & deinde ſi fuerit os taliter

ſubmotum

ſubmotum, quod ſtatim poßit extrahi, extrahatur, deinde ponatur ſibi ſtuppa cũ albuminibus ouorum mixtis cũ modico noſtræ Quintæ eſſentiæ, deinde in ſecunda cura uideatur, ſi eſt aliquod os, & ſi ſtatim potuerit expelli, expellatur, ſi non ponatur ſibi ſtuppa in aqua, cui admiſceatur madefacta modicum Quintæ eſſentiæ, & poſtea cum uitello oui iam dicto intromittatur, donec os poßit extrahi, poſtea uulnus curetur, ſicut de alijs dictum eſt.

Aliquãdo fit in corpore ictus cum ſagitta, uel cultello, uel enſe armorum, taliter quod uadit profundè nimis, & os eſt ſtrictum. Si autem talis ictus fuit in cerebro, non poteſt curari, niſi cum miraculo diuino. Si uero non tetigerit craneum cum cerebro curetur talis ictus, ſicut de alijs diximus. Si autem fuerit in pectore, uel inter ſpatulas, & tangat membra ſpiritualia, ponenda eſt ſolum Quinta eſſentia, quæ ſanguinem reſtringit, poſtea curetur cum galla inuoluta in Quinta eſſentia conſolidatiua, & in Quinta eſſentia, quæ carnem naſci facit. Si enim ictus fuerit in alijs corporis partibus, ſtatim ſuccurratur cum terbentina calida mixta cum oleo, & cum quinta eſſentia, deinde ponantur ſibi prædictæ ſtuppatæ, & curetur ſicut in alijs dictum eſt.

Nota regulam generalem. Omne uulnus nouiter factum in quacunque parte corporis, præterquam in capite & in uultu,, & in membris ſpiritualibus, eſt Cauterizandum uel cum igne comburendum. Item omnis percuſſio facta in quacunque parte corporis præterquam in ca-

pite & in uultu, ſi fuit profunda, præterquam in naſo, eſt cum filo ſuenda.

Item omne os fractum cū percuſſione à petra eſt extra ducendū. Si uerò percuſſio non fuit à petra non eſt euellendum, immò eſt ſibi ponendum cathaplaſma, & per os ſibi tribuat in potu quintam eſſentiam, & infra modicum tempus erit perfectè ſanus. Item ſi ex percuſſione uiſcera fracta & rupta fuerint, ponatur interius canonus cannæ, qui ingrediatur per uim, & tranſeat ultra uulnus ex utraque parte per duos digitos, deinde ſuatur cum filo ſerico & cum acu ſubtiliſſima, deinde mittatur intus, & per ſuperficiem uiſceris rupti, perinde ſutū eſt ponatur de quinta eſſentia cōſolidatiua, demum pars exterior ſuatur conſimiliter, & ponatur de quinta eſſentia conſolidatiua, & curetur ſicut de alijs dictum eſt.

Item ſi ratione percuſſionis manſerit ſignum magnum ſicut multotiens contingit in facie & in alijs partibus corporis, cum hoc poteris ei ſignum remouere non omnino, ſed quod non uideatur ita magnum, & appareat modicū ℞ maſticis unc. iiij. Corticis, malorum granatorum dulciū unc. ij. gummi unc. ij. croci. unc. unam. ciperi unc. ij. carpobalſami unc. ij. terbentinæ lib. ij. olei oliuarum antiquiſſimi unc. iiij. pulueriza puluerizanda & cribra, & in paſta cum terbentina & Carpobalſamo, & pone ad diſtillandum ſimul cum oleo ad ignem lentū, & collige illud, quod diſtillauerit in receptorio & poſtea cooperi eum, & pone receptorium in fimo, uel in uinatia per. 4. dies, & poſtea

extrahe

extrahe & utere illo ſicut fit cum balſamo in ſignis iam dictis, nam poteſt pro balſamo uẽdi ad omnem probationẽ.

Item in apoſtematibus quibuſcunq; utere quinta eſſentia putrefactiua, ſedatiua doloris & mundificatiua, & illa quæ carnem naſci facit & cutem.

Item fiſtula, cancer plaga curantur cum quinta eſſentia corroſiua prius, poſtea cum mundificatiua, poſtea cum illa, quæ naſci facit carnem, & iſta ſit regula generalis in curis chirurgiæ. Et iſta tibi ſufficiant cauſa bonitatis.

Laus Deo patri, &c.

ALBERTI MAGNI
PHILOSOPHI CLARISSIMI IN primum librum ſuum de mineralibus & rebus metallicis Præfatio.

DE COMMIXTIONE ET COAgulatione, *ſimiliter & congelatione & liquefactione & cæteris huiuſmodi paſsionibus in libro Metheororum iam dictum eſt, in quibus autem iſti effectus prius apparent apud res naturæ, lapidum genera ſunt & metallorum & ea quæ media ſunt inter hæc, ſicut marchaſita & alumen & quædam alia talia. Et quia illa prima ſunt inter compoſita ſecundum naturam ex elementis uẽ-*

pote ante complexionata exiſtentia quàm animata ſunt, ideo de his proximè poſt ſcientiam Metheororum *dicendum occurret, parum enim uidentur abundare ultra commixtionem ſimplicem elementorum.* De *his autem libros Ariſto. nõ uidimus niſi excerptos per partes.* Et *hæc quæ tradidit Auicenna de his in tertio cap. 1. ſui libri quem fecit de his non ſufficiunt.* Primum *ergo de lapidibus & poſtea de metallicis, & ultimo de medijs inter ea faciemus inquiſitionem, lapidum quippe generatio facilior eſt & magis manifeſta quàm metallorum.* Coartabimus *autem ſermonem noſtrum eo quòd multorum dicendorum hic, cauſæ iam in libro* Metheororum *determinatæ ſunt.* In *genere autem de lapidibus tractantes inquiremus in genere materiam lapidum & proprium efficiens eorum proximum & locum generationis.* Deinde *modum commixtionis lapidum, & cauſam diuerſitatis coloris eorum & aliorum accidentium quæ inueniũtur in ipſis, ſicut eſt duricies maior & minor dolabilitas & indolabilitas poroſitas & conſtrictio grauitas & leuitas & cætera huiuſmodi.* In *quibus lapides non ſolum ſpecie & numero, ſed etiam in genere uidentur non paruam habere diuerſitatem. Sunt autem quidã maximæ autoritatis in philoſophia uiri qui non de omnibus ſed de quibuſdam lapidum generibus tractatum facientes ſufficientem ſe dicunt de lapidibus feciſſe mentionem, quales ſunt* Hermes Euates *rex arabum,* Dio*ſcorides,* Aaron *&* Ioſeph, *qui de lapidibus tantum prætioſis tractantes, non de genere lapidum tractauerunt.*

Minus

Minus autem ſufficientem notitiam tradidit Plinius in hi=ſtoria naturali non ſapienter cauſas lapidum in communi aßignans, neque oportet nos omnium horum inducere ſen tentiam eo quòd ſcientia rei non adeo eſt occulta quòd ip ſam ex plurimorũ erroribus nos colligere oporteat. Suf=ficienter autem ſatis ſcientur naturæ lapidum & comple=xiones quando propria ſcientur eorũ materia & efficiens proximum & forma & accidentia propria eorum ſecun dum prætaxatam in quarto Methororum inquiſitionem. Non enim hic intendimus oſtendere qualiter aliquod iſto=rum trãſmutatur in alterum, aut qualiter per antidotum medicinæ eius quam elixir uocant alchimici curãtur ægri tudines eorum, aut occulta eorum manifeſtantur aut è con uerſo eorum manifeſta detegantur, ſed potius commixtio nes eorum ex elementis oſtendere, & qualiter ununquod=que in propria ſpecie conſtituatur. Propter quod non cu=ramus inquirere differentiam lapidis & ſpiritus ſiue ani=mæ & corporis ſiue ſubſtantiæ & accidentis de quibus inquirũt alchimici, lapidem uocantes omne illud quod nõ euaporat in igne & idem uocant corpus & ſubſtantiam. Id autem quod euaporat in igne ſicut ſulphur & argen=tum uiuum & ex quibus diuerſorum colorum fiunt, ea quæ uocantur lapides uocant ſpiritus & animam & acci=dens, alterius enim ſcientiæ eſt inquirere de his quæ occul tis ualde fulciuntur rationibus & inſtrumentis. Modum autem quem in ſingulis habuimus etiam hic tenebimus di=uidendo per libros aliquos & plures tractatus & multa

capitula totum opus. Cum autem in multis de particulari bus hic fiat tractatus, oportet nos prius ex ſignis & effe=ctibus cognoſcere naturas iſtorum, & ex illis deuenire in cauſas eorum & compoſitiones, eo quod ſigna & effectus nobis ſunt magis manifeſta, in uniuerſalium autem natura de quibus in omnibus præhabitis libris fecimus mentionē erat procedendum ècōuerſo, à cauſa, uidelicet ad effectus & ad uirtutes & ſigna, eo quod in talibus communia & confuſa ſunt magis, & quo ad nos manifeſta ſicut in primo Phiſicorum eſt determinatum. Ordinem uerò huius libri adſequētes de natura libros ſatis oſtendimus in fine noſtri libri Metheororum ubi dicimus de quibus prius et de qui bus poſterius erit dicendum. Cum enim lapidum & metal lorum genera ſint omiomera plus quàm plantæ in qui=bus inuenitur diuerſitas partium quæ ſunt radix, & folium, & flos, & fructus, omiomera autē ſunt per naturam ante anomio=mera, ideo prius erit tractan dum de lapidibus & cæte=ris mineralibus quàm de corporibus animatis.

DE MATERIA LAPIDVM.

CAPIT. I.

INCIPIENTES TRACTARE DE *lapidum natura in genere, dicimus omnis lapidis materiam eſſe aut ſpeciem cuiuſdam terræ aut ſpeciem quandam aquæ. Vincit enim in lapidibus alterum iſtorum elementorum, & in his etiam in quibus quædam ſpecies aquæ dominari uidentur, eſt etiam aliquid terræ ſimul dominans. Huius autem ſignum eſt fere omnium lapidum genera mergi ſub aqua quæ abundare in terræ materia diximus in libris de cœlo & mundo. Si enim eſſent dominantia in eis ſuperiora elementa proculdubio natarent ſuper aquam, nũc autem nullum genus lapidum natat niſi ſit ſpõgioſum uel aduſtum & per aduſtionẽ ſpongioſum & poroſum factum ſicut pumex & lapis quem euomunt thermæ, uel ignis uulcani qui etiam ſi in puluerem redigatur puluis ipſe ſub aqua mergitur. Adhuc autem ſi in lapidibus perſpicuis cum aqua non eſſet terreſtre terminatiuum humidi admixtum non mergeretur ſub aqua ſicut criſtallus & berillus, ſicut non mergitur glacies & cætera in quibus pura uel ſuperabundans eſt aqua. Adhuc autem lapides omnes qui generantur in renibus & ueſicis animalium, generantur ex uiſcoſa groſſa & terreſtri humiditate. Oportet igitur quod talis ſit materia lapidum. Specialiter autem loquentes de his lapidibus in quibus materia eſt terra facile patere poteſt quod in his non ſolum terra*

eſt materia, illa enim non continuaretur ad ſoliditatem lapidis. Dicimus enim quod cauſa continuationis & commixtionis eſt humidū, hoc enim ſua ſubtilitate aliam partem terræ facit fluere ad aliam, & hæc eſt cauſa bonæ permixtionis partium materiæ. Si autem utique & hoc humidum non bene ubique partibus terreſtribus infuſum nec eſſet retentiuum & in coagulatione lapidis euaporaret tunc remaneret puluis terræ non continuus, & propter hoc oportet quod ſit uiſcoſum & glutinoſum ita quod partes eius cum terreſtribus coniaceant ſicut hami cathenarum. Tunc ſiccum terreſtre retinet humidum, & humidū aqueum exiſtēs intra ſiccum facit continuationem. Et hoc teſtatur Auicenna cum dicit quod terra pura lapis non fit quia continuationem terra non facit ſua ſiccitate ſed potius comminutionem, uincens enim in ea ſiccitas non permittit fieri cōglutinationem. Rationem dicit idem philoſophus quod aliquotiens deſiccatur lutum & fit medium inter lapidem & lutum & deinde in ſpatio temporis fit lapis. Dicit iterum quod lutum aptius ad hoc quod tranſmutetur in lapidem eſt unctuoſum, quod enim tale non eſt comminutiuum ſiue comminuibile in puluerem eſt propter facilem humiditatis ſeparabilitatem ab eodem. Signum autē huius eſt quod in lapidibus ipſis frequenter remanent uenæ terræ, & eſt terra dura ſicca quæ cum cōprimitur uel contunditur fit puluis. Cuius cauſa alia non eſt niſi quia humiditas eius non ſatis unctuoſa & uiſcoſa euaporauit ab ea in lapidis coagulatione, & ideo remāſit terra dura com

minuibilis

minuibilis propter uirtutem coagulationis lapidis circunſtantis. Eſt autem & aliud huius ſignum quia cum lapides nõ continui generantur, ſed per modum aſſerum ita quòd unus generatur ſuper alium non continuè unietur in interpoſita talis terra comminutionem patiens in compreßione & uel concußione, & eſt dura, cuius cauſa eſt quam ſupra diximus. Quod autem humiditas uiſcoſa & unctuoſa ſit quæ eſt continuatiua materiæ lapidis, ſignificatur ex hoc quod animalia quæ teſtudines uocantur frequentißimè cum ſuis conchis generantur in lapidibus, & hoc frequentißimum eſt in lapidibus qui inueniũtur paruis quibus plurima foramina ſunt habentia figuras concharum teſtudinum, quas quidam lunares appellant. Cauſa enim huius eſt humiditas quæ ad locum illum euaporauit, & à circumſtante retenta in ſe conuoluta eſt et exterius primum conſtans intra ſe circumacta intra ſe ſpiritum uitlalem accepit ſicut diximus in quarto metheororum. Hæc igitur in communi eſt materia lapidum eorum qui non perſpicui nec ſcintillares ſunt, diuerſificantur autem in diuerſis ſicut in ſequentibus apparebit.

De perſpicuitate lapidum. Cap.2.

LApidum qui perſpicui ſunt ſecundum plus & minus ſicut ſunt illi qui gemmæ uocãtur, ut in communi dici poteſt, eſt aqua non pura materia communis. illi enim lapides ſunt quædã uitra per naturæ opus producta, propter quod etiam ſubtiliores in commixtione & clarioris ſunt perſpicuitatis quàm uitra artis, quia ars licet imitetur naturam tamen ad plenum opus nature attingere nõ poteſt. Signum autem eius quod diximus eſt quod uidelicet aqua paſſa à ſicco calido uel frigido ut ſit materia communis iſtorum lapidum eſt quod uitra fiunt ab huiuſmodi humiditate quæ à cineribus diuerſis ſiue plumbi ſiue ſilicis ſiue ferri ſiue alicuius alterius per ignem fortiſſimum eliquatur. Hæc autem humiditas quod ſit aqua ex hoc oſtenditur quod frigido coagulatur et ſicco calido uehementi diſſoluta liquatur. Quod autem paſſa ſit à ſicco terreo aduſto, probatur ex eo quod non liquatur niſi ex cinere per aſſationem uehementiſſimam, quemadmodum diximus & in arte uitraria quæ alchimiæ ſubalternatur oſtenditur uiſibiliter, uapor enim ſubtilior in terra uel in lapide à circumſtante aliquando continetur & in ſeipſo circumuolutus madeſcit ſicut fit in olla cooperta calida in qua

in qua eſt aliquid aquæ. Et cum ſic ſit humor paſſus uehementer à ſicco & in eo uis ſicci & conſtans coagulatur in lapidem. Sed hic de modo lapidum generationis non eſt dicendum, ſed potius de lapidum materia in communi, Vtrum autem fiat frigido uel calido coagulatio ipſorum poſterius oſtendetur. Quod autem aqua ſit huiuſmodi lapidis materia oſtenditur etiam quia in quibuſdam locis in quibus eſt uirtus fortis lapidum generatiua aqua deſcẽdens pluuiam guttatim uel aliter fuſam concreſcit in lapidem, patitur enim primo deſcendens à ſicco terreſtri ex natura & operatione loci & ſic efficitur lapidis materia proprpia. Oſtenditur autem & hoc ex multitudine perſpicui quod eſt in talibus lapidibus. Cum enim perſpicuum aeris & ignis non ſint incorruptibilia oportet neceſſariò quod ſit illa perſpicuitas ex perſpicuo aquæ, erit igitur propria ipſorum materia de natura aquæ. Quod autem quidam antiquorum lapidum materiam oſtendentes dicunt q, deſcendit ex aqua currente quoddã quod in fundo reſidet & hoc fit lapis, non approbo eo quòd hoc quod ab aqua deſcendit terreſtris eſt ſubſtantia, & ideo frequenter illi lapides qui ex hoc generantur non aquam paſſam à uirtute terreſtri recipiunt pro materia, ſed potius terram quæ paſſa eſt à uirtutibus aquæ. Cuius ſignum eſt quod lapides tales ut frequenter non perſpicui ſunt, ſed terminati & ualde dicuntur non dolabiles ſed comminuibiles potius qui & ſilices à uulgò uocantur.

Teſtatur autem maximè his quæ dicta ſunt Criſtallus & Berillus, *qui aquæ glaciei omnino quaſi formam accepe- runt, de quibus dixit* Ariſtot. *quòt fiunt ex aqua remoto uniuerſaliter calido. Sicut autem lapidum de quibus in præcedenti capitulo mentionem fecimus, diximus mate- riam eſſe terram non ſimplicem ſed paſſam ab humido un ctuoſo uiſcoſo, ita & nunc de iſtis oportet intelligi, quòd humidum ſimplex aquæum non poteſt eſſe materia lapi- dum perſpicuorũ, quia ſicut alibi oſtendimus tale humi- dum nec conſtat per elixationem, nec coagulatur per ca- lidum ſiccum, nec congelatur per frigidum quodcunque, propter quod neceſſariò oportet quòd ipſum ſit ſubtiliſ- ſimo terreo parum permixtum, & inſuper à ſicco terreo ſit fortiſſimè paſſum, ita quòd uirtus eius iam quaſi obti- neat omnes partes talis humidi, nec tamen adhuc tranſ- mutauerit ſubſtantiam talis humidi in terram.*

In omni enim tranſmutatione elementorum talis paſſio præcedit tranſmutationem ſubſtantiæ, quòd uidelicet uirtus elementi tranſmutantis in toto obtinet & partes elementi tranſmutati figurantur in ipſo ante tranſmuta- tionem ſubſtantiæ, & ſi commiſceantur ſic in aliquod elementatũ habebit illud elementum materiam unde ele- mentum & alterius elementi uirtutes, & hoc ſummum ingenium alchimicorum docet Hermes *in ſecreto ſecretiſ- ſimorum ſuorum per uerba methaphorica dicens, lapis ſuauiter cum magno ingenio aſcendit à terra in cœlum, iterumque deſcendit à cœlo in terram, nutrix eius terra*

eſt, & portauit eum in uentre uentus ſuo. Opera enim alchimiæ intendens docere dicit aſcendere in cœlum quando per aſſationem & calcinationem eius proprietates induit ignis. Alchimici enim uocant calcinationem eius aduſtionem & aſſationem materiam in puluerem reducentem, quæ materia iterum deſcendit à cœlo in terram quãdo induit terræ uirtutes per inhumationẽ tunc enim per inhumationẽ reuiuificatur & fouetur quod prius per calcinationem fuerat mortificatũ. Quod autẽ dicit quod portat uentus in uentre ſuo, oſtendit leuigationem materiæ ab aëris uirtute, & propter hoc dicit uentum in uentre ſuo portare materiam, quando materia ponitur in alembico, quod eſt uas taliter factum ſicut in quo fit aqua roſata, tunc enim euaporando ſubtiliatur & leuigatur ad aëris uirtutes, propter hoc dicit uentum in uentre ſuo portare materiam. Diſtillat autem ultra ab ore alembici exiſtens aquæ uel olei liquor cum omnibus uirtutibus elementorum. Et hoc quidem operatur ars cum labore et errorib. multis, natura autem ſine difficultate & labore. Cuius cauſa eſt quia uirtutibus cœleſtibus certis & efficacibus mouentur uirtutes in materia lapidum & metallorum exiſtentes quando materia operatur, & illæ uirtutes ſunt intelligentiarum operationes quæ non errant niſi per accidens ex inæqualitate ſcilicet materiæ. In arte autem nihil eſt horum, ſed potius mendicata ſuffragia ingenij & ignis.

Ex his autem igitur oſtenditur quòd ſiue terra ſiue aqua dicatur materia lapidum oportet quod ipſa ſit paſſa ualde à qualitatibus aliorum elementorum. Hæc igitur de materia lapidum in communi dicta ſunt.

De cauſa generatiua ſecundum diuerſas opiniones philoſophorum. Cap. 3.

Cauſa uerò efficiens lapidum ab omnibus ferè qui ſermonem de lapidibus fecerunt dicitur eſſe uirtus mineralis. Cum autem hæc uirtus communis ſit tam in lapidibus quàm in metallis omnibus operans inſufficienter uidebitur eſſe aſſignata cauſa lapidum efficiens, cum neque diſtinctione neque ſpecificatione certificatum ſit ab eis qualis ſit ea quam dicunt eſſe uirtutem mineralem. Nec aliquid ab Auicenna inuenitur plus niſi quod per uirtutem mineralem lapides ex terra & aqua generentur. Hermes autem in libro quem de uniuerſali uirtute ſcribit dicere uidetur, cauſam generatiuam lapidum eſſe uirtutem quandam quam unam dicit eſſe in omnibus, ſed propter diuerſitatem rerum generatarum diuerſa ſortiri uocabula. Exemplum ponens de lumine ſolis quod

ſolum omnium eſt generatiuum & cum participatur nõ per unam ſolam paſſiuorum poteſtatem diuerſa operatur in eis. Placuit autem ſibi hanc uirtutem primò quidem dare marti ſicut fonti uirtutis illius ſed tãtum uariari ſecundum proportionem applicationis luminis aliarũ ſtellarum, & materiæ ſuſcipientis ipſam, ſicut diximus, & exinde diuerſa genera lapidum & metallorum in diuerſis locis generari, quod dictum omnino innaturale eſt eo quod hic non quærimus cauſas agentes & mouentes primas, quæ fortè ſunt ſtellæ & ſtellarum uirtutes & diſpoſitiones, hoc enim alterius ſcientiæ proprium eſt, ſed quærimus cauſas efficientes proximas quæ in materia exiſtentes materiam tranſmutant. Si enim conueniens eſſet dictum Hermetis *iam ſcita cauſa generationis lapidum omnium generabilium ſciremus cauſam efficientem. Scimus enim motum & uirtutem cœleſtium cauſam eſſe aliam à natura ortum et occaſum ſyderum & radios eorum. Adhuc autem cauſæ iſtæ ſunt equiuocæ agentes & nihil communionis cum materia generabilium habentes. Nos autem ſecundum proprietatem naturalis ſcientiæ cauſas quærimus ſuis effectibus proprias & maximè materiam & uniuocè tranſmutantem, propter hoc enim* Empedocles *ſatis poſterior* Hermete *confirmauit lapides calido uſtiuo generari aſſertionem ſumens ex antiqua fabula de* Pyrra & Deucalione *dicta in qua lapides magnæ matris oſſa dicuntur.*

Oſſa ſecundum Empedoclem maximæ ex Vulcani partibus componuntur, ſed hoc falſum eſt omnino, cum nos ſciamus et infra erit oſtenſũ quoſdam lapides ex frigido generari. Iam enim in libro metheororum diximus quod ea quorum materia eſt aqua præcipuè frigido coagulantur. Amplius autem non bene ſe habet dictum Empedoclis quoniam iam in ſecundo de anima oſtendimus calidum elementum uſtiuum eſſe in cineres, & non conſumit ad determinatam ſpeciem, niſi aliqua moueatur uirtute alia & ab ipſa ad ſpeciem dirigatur, ſicut calor digeſtiuus motus ab anima conuertit hoc quod tranſmutat ad ſpeciem carnis & nerui & oſſis & ſimilium partium animati corporis. Democritus autem & quidam alij omne elementatũ dicunt habere animas & ipſas eſſe cauſas generationis lapidum propter quod dicit animam eſſe in lapide ſicut in quolibet alio ſemine generandæ rei, & ipſam mouere calorem intrinſecum materiæ in lapidis generatione, eo modo quo mouetur malleus à fabro ad ſecuris & ferræ generationem. Hæc autem ſtare non poſſe alibi oſtendimus. Anima enim non in ſenſibilibus ſed uegetabilib. primum inuenitur nullam enim habent lapides operationem animæ congruentem, cum nec alimento neque ſenſu utantur, nec omnino uita ſecundum aliquem actum uitæ. Dicere autem propter ſolam generationem animam eſſe in lapidibus non bene ſe habet, eo quod generatio non eſt ſecundum generationem animatorum uegetabilium & animalium ſenſibilium.

Hæc enim omnia uidemus ex ſeminibus ſuis proferre ſuæ ſpeciei generata, lapis autem nihil horum facit omnino. Sed nec uidemus omnino lapides ex lapidibus generari, ſed uidemus unumquemq; lapidem generari ex cauſa aliqua quæ in loco ſuæ eſt generationis, propter quod lapis uirtutem generatiuam nullā uidetur omnino habere. Quidam autem ex his qui noſtro tempore in alchimicis ſtuduerunt dicere omnino uidentur omnem lapidem per accidēs generari & non eſſe cauſam propriam aliam ſuæ generationis. Dicunt enim calidum igneum in quocunque loco inuenitur materiam aptam aſſando in lapidem uertere ſicut fit in lapide cocto per aſſationem ignis. Et dicuntur iſti lapides non habere proprium aliquod generatiuū ſed principium materiale ſolum. Adhuc autem non habere lapides formam aliquam ſecundum ſpeciem, ſed paſſiones quaſdam materiæ, ſicut duritiem habere pro forma quemadmodum in lib. Metheoro. determinatum eſt. Coagulatio & coagulationis effectus ſpecies & paſſiões materiæ ſunt & non formæ ſubſtantiales. Perſuadent autem & hi ſententiam hanc ex operationibus alchimicorum quæ omnes calido aſſatiuo uidentur fieri & generari lapides & metalla uno tali effectiuo eo quod nō oportet effectiuum proprium habere in natura in qua nihil ad ſpeciem ſubſtantialem deducitur propter ipſius ſpeciei carentiam & defectum. His autem intolerabilis ſequitur error quod uidelicet omnis lapis cum omni lapide eiuſdem ſit ſpeciei, ſed differunt ſecundum magis & minus in illa ſpecie materiali.

Omnes enim coagulationẽ & effectum eiuſdem duritiem pro ſpeciebus ſecundum hos acceperũt. Quod autem hoc falſum ſit diuerſæ diuerſorum lapidum uirtutes oſtẽdunt & operationes, quæ omnino lapidum ſpecies diuerſas cõſequuntur. Amplius autem oportet lapides in eadem ſpecie eſſe cum metallis quæ eadem generatione coagulationem & duritiem pro ſpeciebus acceperunt. Adhuc autem ſi non eſſet efficiens cauſa lapidum niſi calidum exiccatiuũ tunc omnis lapis ſolueretur per humidum frigidum ſicut probauimus in quarto Metheoro. quod non uidimus contingere. Iſtæ ergo ſunt ſentẽtiæ per errorem dictæ ab antiquis de cauſa lapidum generatiua.

De cauſa effectiua lapidum ſecundum ueram ſententiam, & de proprio inſtrumento ipſius. Cap. 4.

Nos autem ex omnibus his ſententiam ueram colligentes dicimus cauſam uerißimè generatiuam eſſe uirtutem mineralem lapidis formatiuam. Virtus enim mineralis quædam communis uirtus eſt efficiens & lapides & metalla & ea quæ ſunt media inter hæc. Et ideo addimus quod ſit lapidis formatiua ut efficiatur lapidi propria, & quia propria nomina huius uirtutis nõ habemus, ideo per ſimilia oportet declarare quæ ſit illa uirtus. Dicamus igitur quod ſicut in ſemine animalis quod eſt ſuper

fluum

ſluum nutrimenti deſcendit à uaſis ſeminarijs uis formatiua animalis quæ format & efficit animal & eſt in ſemine per modum illum quo artifex eſt in artificiato quod facit per artem ſic eſt etiam in materia aptata lapidibus uirtus formans & efficiens lapides & producens ad formam lapidis huius uel illius. Expreſſius autem hoc poteſt uideri in gummis quæ diſtillant ex arboribus, illas enim uidemus eſſe humidum uehementer paſſum à ſicco terreſtri, & ideo coagulari à frigido quæ quando manent in arbore non diſtillante uis arboris generat ea in ligna & folia & fructus, per omnem aut eundem modum fit quod cum materia ſicca paſſi ab humido unctuoſo uel materia humidi paſſi aptatur lapidi à ſicco terreſtri & generatur in ipſa ex uirtute ſtellarum & loci, ſicut infra oſtendetur uirtus formatiua lapidum, ſicut generatur in ſemine à teſticulis quando ſemen fuerit attractum ad uaſa ſeminaria & in unaquaque materia ſecundum ſpeciem propria uirtus. Et hoc eſt quod dixit Plato quod ſecundũ merita materiæ infunduntur uirtutes cœleſtes quæ res naturæ operantur. Sicut autem in phiſicis libris oſtendimus omnis uirtus formans & faciens aliquid ad formam ſpeciei habet inſtrumentum proprium quo ſua facit opera, & producit, ideo & hæc uirtus in materia propria lapidum exiſtens habet duo inſtrumenta ſecundum naturæ diuerſitatem, unum quidem eſt calidum humidi extractiuum digeſtiuum inducens coagulationem ad formam lapidis in terreſtri quod paſſum eſt ab humido unctuoſo, & hoc cali-

dum dirigitur in opera uirtute formatiua, quemadmodum dirigitur calidum quod digerit & tranſmutat ſemen animalis à uirtute formatiua quæ eſt in ſemine, alter enim abſque dubio illud calidum ſi eſſet excellens incineraret materiam, aut ſi non eſſet ſufficiens relinqueret eam indigeſtam & ad formam lapidis incongruam. Alterum autem inſtrumĕtum eſt in materia humidi aquei quod paſſum eſt à ſicco terreſtri, & hoc eſt frigidum humidi non tantum conſtrictiuum ſicut in metallis fit, ſed quod ſit etiam humidi expreſſiuum, hoc enim uehementiſſimè indurat & coagulat. Et quia humidum omnino exprimit intantum quòd non remanet in materia niſi ſecundum ſolam continuationem, ideo tales lapides nullo modo calido ſicco poſſunt liquari. Et hoc eſt quod dicit Ariſtot. quod criſtallus generatur ex aqua remoto uniuerſaliter calido. Cuius ſignum eſt quod operationes alchimiſtæ deficiunt in liquendis lapidibus ſine alterius materiæ humidæ appoſitione. Patet etiam quare difficiles & imperfectæ præcipuè in lapidis factura pluſquam in metallorum factura ſunt operationes alchimicorum. Et hoc ideo eſt quia uirtutem formatiuam non dant materiæ, ſed ars incerta eſt eis pro formatiua & calidum uſtiuum eſt eis pro inſtrumĕto, & hoc incertiſſimè operatur, uirtus autem à cœlo data loco & materiæ quæ formatiua uocatur eſt certa, & materia inſtrumento, & inſtrumentum materiæ habet conuenienter proportionata, & ideo certiſſima eſt natura in operationibus ſuis. Eſt etiam & aliud notandum de iſto inſtrumento

mento quoniam licet frigiditas nullo modo ſit operans ad uitam in his quæ ſunt animata, tamen operatur ad lapides eo quod mineralia proxima ſunt elementis, & elementa ſecundum parum in ipſius materijs tranſmutantur, propter quod etiam in eis qualitates elementorum remanent parum alteratæ.

De forma ſubſtantiali lapidum. Cap. 5

De formis autem quæ ſunt ſubſtãtiales lapidum dubitare dementis eſſe uidetur, quoniam uiſus certificat de his quod coagulati ſunt omnes, & materia in ipſis ad ſpeciem certam eſt determinata. Si enim eſſent diſpoſitiones elementorum tantum ſecundum quod ſunt in tranſmutatione ad ſe inuicem uel ad alia, ſicut ſunt nubes & pluuiæ & nix abſque dubio non diu permanerent ſic nec iſta ſed poſt modicum reſoluerentur ad elementa. Et nos omnino contrarium huius uidemus accidere in lapidum naturis. Amplius autem uirtutes lapidum inuenimus quæ non ſunt alicuius elementi ſicut fugare uenenum pellere antraces attrahere uel pellere ferrum, de quibus ut infra probabitur communis eſt ſententia omnium ſapiẽtum quod hæc uirtus eſt ſequela ſpeciei & formæ lapidis huius uel iſtius. Conſtat igitur ex his formas habere lapides & ſpecies determinatas, hæ autem formæ non ſunt animæ ut quibuſdã uiſum eſt antiquorum. Quoniam ſicut in libro de anima oſtendimus & in principio Phiſicorum patuit, anima non

operatur unum tantum, ſed multa quidem per ſe & non ſecundum accidens, natura autem lapidis non operatur niſi unum, & quod operatur de neceßitate operatur, quod non facit anima. Adhuc autem primum opus animæ eſt uita; hoc autem ſecundum nullam ſui differentiam inuenitur in lapide. Si enim alimento uteretur oporteret ipſum poros & uias habere per quos alimentum mergeretur in ipſum. Et hoc falſum eſſe oſtendit ipſa durities eius, & cõpactio lapidum multorum quæ non permittunt ipſum diuidi & aperiri in alimenti ſuſceptione. Adhuc autem ſi alimento uteretur oporteret habere aliquam partem quæ primò alimẽtum traheret, ſicut ſunt radices in plantis & os in ſentientibus, horum autem nihil uidemus in lapidibus. Nec eſt conuenienter dictũ quod lapidis anima ſit oppreſſa à terreſtreitate, & ideo non poſſe exercere uitam & ſenſum ſicut dixerunt multi phiſiologorum, quoniam ſecundum hoc deficeret natura in neceſſarijs non dando lapidi organa quibus ſuas neceſſarias explicaret operationes, lapides igitur animas non habent, ſed alias formas ſubſtantiales uirtutibus cœleſtibus & propriè elementorum commixtioni datas. Sunt autem hæ formæ ſecundum plurimum innominatæ, ſed tamen differentiæ earum innuuntur diuerſis nominibus lapidum, cum uocantur thofus pumices, ſilices, marmor, ſaphirus, ſmaragdus & huiuſmodi, quæ cum nobis occulta ſunt, ideo propria diffinientia lapidum non habemus niſi circumloquendo accipiendo accidentia & ſigna loco diffinientium. Sed hæc ſcimus cum

ſint diuerſitates corporis mobilis & tranſmutabilis ſimpliciter & commixtum quod lapis eſt de genere mixtorum. Cum autem & mixtum diuidatur in mixtum tantũ & in mixtum complexionatum ſcimus lapidem eſſe in genere mixtorum non complexionatorum. Et tunc ex omnibus dictis congregantes dicimus lapidem eſſe mixtum non complexionatum uirtute mineralium ad formam coagulatum. Ex quibus ulterius manifeſtum eſt lapidem magis eſſe homogeneæ naturæ quàm habentem uitam, licet in ipſo eſſentialiter ſint elementorum naturæ diuerſæ, propter quod etiam de lapidibus ſcientia ſcientiæ complexionatorum eſt anteponẽda. Sunt autem multæ lapidum formæ ſicut in genere marmoris porphiricum alabaſtrũ & huiuſmodi. Similiter autem eſt & in alijs generibus lapidum de quibus proſequi non prodeſt, quia formæ eorum ex accidentibus corporis & duritiei manifeſtabuntur inferius, hæc enim accidẽtia ſunt eis propria, & ſcitis ipſis, natura eorum eſt ſatis manifeſta. De fine autem quærendum non eſt, quia forma in phiſicis eſt finis, & ideo cũ nos unũquodque ſcire exiſtimemus quãdo cognoſcimus cauſas eius eſſentiales & proprias in communi iam eſſe uniuerſaliter ſcita lapidum natura. Veruntamen quia locus generationis eſt principium ſicut in ante habitis determinatum eſt, & nos cum his quæ dicta ſunt cognoſcere de loco lapidum generationis, eo quod locus aliqua cauſa efficiens eſt lapidis cui primum datur uirtus formatiua lapidis.

frequentiſsimè in aquis generantur lapides,quod etiam dici non poteſt niſi quia ille ſit locus generationis lapidum. Cuius ſignum eſt quia ſunt quædam aquæ ex quibus generantur lapides quando funduntur ſuper ripas ſuas in quibus manent,& ſi ſuper alium locum infundantur non generantur lapides ex eis. Expertum *eſt enim in locis* Pireneis *eſſe loca quædam in quibus aquæ pluuiales conuertuntur in lapides quæ ſi alibi fundantur remanent aquæ non trãſmutatæ. Similiter autem ligna iacentia in quibuſdam aquis & maribus conuertuntur in lapides & retinent figuram lignorum.* Et *aliquando natæ plantæ in aquis et maribus illis ita ſunt uicinæ lapidum naturis quòd ad modicum exiccate in aëre lapidum formã aſſummũt. Et huius ſignum eſt lapis qui dicitur* Corallus *qui abſque dubio de lignis generatur & plantis. Aliquando enim tẽpore noſtro in mari danico iuxta ciuitatem* Lubicenſem *inuentus eſt ramus magnus arboris in quo erat nidus auium,& aues paruæ in nido,& conuerſæ in lapides erant parui in nido parum declinantes ad rubedinem,quod aliter eſſe non potuit niſi quia procellis uel undis euulſa arbor tempore quo in ea fuit nidus & aues in aquam ceciderunt,& poſtea per uirtutem loci in quo iacebat in lapidem uniuerſa conuerſa ſunt. Eſt autem fons in* Gothia, *de quo ueriſsimè traditur quod omnia quæ merguntur in ipſum in lapidem conuertit,in tantum quod ad eum miſit* Imperator Federicus *chirothecam ſigillatam ut probaret ueritatem,quæ cum per aliquot dies medietas corij et*

medietas ſigilli merſa eſſet in fonte, medietas corij & medietas ſigilli conuerſa ſunt in lapidem, altera medietate corio manēte. Refertur et ueraciter à fide dignis q̃ guttæ quæ ex impetu caſus eiuſdem fontis ſparguntur ſuper ripam fontis conuertuntur in lapides guttarum quantitatem habentes, cum tamen aqua quæ ſic fluit non conuertatur in lapidem, ſed fluit continuè. Videmus etiam oculis generari Criſtallos in montibus altiſſimis, qui ſunt per petuarum niuium, quod iterum eſſe non poteſt niſi per uirtutem mineralium quæ eſt in locis illis. Ex quibus omnibus uidetur non poſſe certum aliquid tradi de loco generationis lapidum, cum nec in uno tantum elemento, ſed in pluribus, nec etiam in uno tantum climate ſed in omnibus. Et quod his mirabilius uidetur in corporibus animalium generantur & in nubibus quæ omnia loca difficile uidetur ualde ad unam materiam in communi reducere, cum tamē hoc ſit neceſſarium eo quod non dubitamus eiuſdem corporis mixti ſecundum genus etiam unum ſecundum genus eſſe generatiuum. Oportet enim quod omnium generatorum ſit locus aliquis ſuæ generationis extra quem corrumpuntur & deſtruuntur.

Redditur cauſa quare quędā loca generāt lapides, & quędā non. Cap. 7.

VNam ergo uirtutem in omnib. his locis inueſtigare uolentes reuocemus ad memoriā ea quæ in antehabitis libris ſcientiæ naturalis determinata ſunt, q̃ uidelicet ſtellæ quantitate et lumine et ſitu & motu mouent

&

& ordinant mundum ſecundum omnẽ materiã & locum generabiliũ & corruptibiliũ. Virtus aũt ſic determinata à ſtellis infunditur loco generationis unicuiq; rei eo modo quo in naturis locorũ determinatũ eſt. Hæc enim uirtus et elementi et elemẽtati oĩs eſt ꝓductiua et generatiua. Et eſt iſta uirtus locis ex trib. uirtutibus cõgregata, quarũ una eſt uirtus motoris orbis moti. Secũda eſt uirtus orbis moti cum oĩbus partib. ſuis & figuris partiũ quæ reſultãt ex ſitu partiũ diuerſimodè ſe reſpicientiũ propter multimodam motorũ uelocitatem & tarditatẽ. Tertia aũt eſt uirtus elementaris quæ eſt calidũ, frigidũ, humidum et ſiccũ. uel cõmixtum ex his. Eſt aũt 1. harũ uirtutũ ut forma dirigens & formans omne quod generatur ſicut uirtus artis ad materiã artificiati ſe habet. Et 2. eſt ſicut opatio manus. Et 3. ſicut operatio inſtrumẽti, quod manu mouetur & dirigitur uſq; ad finẽ inceptũ ab artifice. Et ideo dicit Ariſt. ꝗ omne opus naturæ eſt opus intelligentiæ, locus enim recipit has uirtutes ſicut matrix recipit uirtutẽ formatiuã embrionis. Hæc igitur uirtus determinata ad lapidũ generationẽ in materia terreſtri uel aqvea eſt in qua cõueniunt oĩa loca in quib. lapides generãtur. Sicut enim in aĩalibus quæ ex putrefactione generãtur infunditur uirtus uiuificatiua ex ſtellis, ſic fit etiã in lapidũ materia qđ infunditur ꝑ dictũ modũ uirtus lapidũ formatiua. In quocũq; igitur loco terra unctuoſa ꝑ uaporẽ in ſe reflexũ cõmiſcetur uel in quo terræ uires apprehẽdũt naturã aquæ et trahũt ipſam ad ſiccitatẽ et inclinãt uehemẽter ibi pro

certo eſt locus generationis lapidum, propter quod terræ ſolidæ ſuperficiei ex qua uapor talis expirare non poteſt, lapides multos generant. In terra autem molli cerulenta *quæ potius inficit aquam quàm apprehendit ipſam, in ſuis proprietatibus lapides generari non poſſunt.* Et hæc eſt *cauſa quare in ripis perpetuorum fluminum multi generantur lapides, tales enim ripæ ſolidiſſimæ ſunt claudentes in ſe uapores eleuatos. Sunt enim uaporoſæ ripæ illæ, eo qđ calor ex reflectione ſui luminis ſuper aquas excitatus frigiditate aquæ repellit ad littus, & in partibus terræ inuiſcatus terram aquæ commixtam decoquit & indurat.* Ex eadem *uerò cauſa fundus fluuiorum talium lapidoſus efficitur, eo quod calor in littoribus in terris ſub aqua penetrat, & cum aqua replet undique poros quib. euaporare poſſet, ſimul commiſcet & decoquit quod cõmixtum eſt in lapidibus, propter quam cauſam talia loca lapidum ſunt generatiua.* E*ſt autem quarundam aquarũ fluxus per uirtutes minerales fortiſſimas & cum fluunt per tales materias imbibuntur ipſis mineralibus, & ideo & aqua & ea quæ ſunt merſa in ipſis conuertuntur in lapides citius & tardius, ſecundum quod confortatur & debilitatur uirtus lapidum formatiua & factiua. Cauſa autem quare aqua diuiſa iuxta ripam à fonte fuſa citius in lapidem conuertitur quàm ipſa aqua fluens à fonte & flumine uel mari eſt quia uirtus illa citius uincit paruum & diuiſum quàm multum indiuiſum ſicut eſt in omni uirtute aliquid conuertente, omnis enim talis uirtus citius*

conuertit

conuertit ipſum parum quàm magnum. Quod autem eadem aqua in aliquo loco fuſa in lapidem non conuertatur, ideo fit, quia cum eſt extra locum mineralem euaporat et corrumpitur, ſicut & omnis alia res corrumpitur extra locum ſuæ generationis. Quod autem aqua in ſe accipiat & imbuatur tali uirtute, probatur per alia aquæ accidentia ſicut eſt ſapor ſulphuris et auripigmenti uel amaritudo. Hos enim ſapores non contrahit aqua, niſi ex locis per quæ tranſit. Eodem enim modo fit quod uirtus mineralis cum materia uaporoſa lapidis trahitur ab aqua, & aqua tota inficitur tali ſpiritu & uapore, & cum uincere poteſt aquam conuertit eam in lapidem. Cuius tamẽ conuertit magis terrſtria ſicut ligna & plantas & animalium corpora uel aliquod huiuſmodi, eo quod hæc aquæ immerſa à tali uirtute appræhenduntur & trahuntur ad terreſtrem naturam lapidis materiæ conuenientem quam exiccat, coagulat & ad ſpeciem ducit uis mineralis uaporabiliter in aqua diffuſa. In montibus altiſsimis frigiditas eſt perpetua quæ eſt excellens, cuius cauſa patefacta eſt in libro metheororum, quæ frigiditas exprimendo humidum, appræhendit aquam à niuibus cõgelatam & inducit in ea proprietatem ſicci, ſicut eſt naturæ frigiditatis excellentis, & ex illo ſicco coagulat glaciem in criſtallum uel alium lapidem perſpicuum. Et per hunc modum ſatis planum eſt ſcire loca generationis lapidum & conuenientiam & differentiam eorundem.

De uirtute loci qualiter operatur in natura lapidum Cap. 8.

REmanet autem quoddam quod declarat intelle=ctum eorum omnium quæ dicta ſunt. Et eſt hoc quod determinemus qualiter uirtus unius apprehendit ſubſtantiam alterius & ipſam ad ſe conuertit. Hoc autem ſcitur ex his quæ diximus de elementorum ad inuicē trāſmutatione. Cum enim terra ad ſe conuertit aquam primò uirtutes terræ intrant ſubſtantiam et alterant eam, & a=quæ quaſi dominantes tenēt eam, et tunc incipit aqua ſta=re & terminari, & tamen adhuc perſpicuitatem non a=mittit & tunc deinde corrumpitur, & tranſit in terram et accipit terræ qualitates quæ ſunt opacum ſiccum. Simi liter eſt etiam de alijs elementis tranſmutatis ad alia. Om nino enim eſt ſimile de uirtutibus mixtorum, ſicut patet in ſucco plantarum et cibo animalium. In his enim uirtu=tes animatorum primò alterant, & poſtea quaſi appræ=henſam tenent materiam, & poſtea conuertunt in par=tem corporis quod nutritur. Et per omnem eundem mo=dum eſt de uirtute lapidificatiua, cum diffunditur in ali=quo loco, ſiue ſit aqua ſiue terra, materiam quam tangit primò alterat, & poſtea dominans eiuſdem tenet eam, & poſtquam tenuerit & uicerit conuertit eam in lapidem. Fit autem hæc operatio tribus modis in genere, licet in nu

mero

mero modi eius ſunt infiniti. Quorum unus eſt quod uirtus appræhendens materiam alterat ipſam ſolum ſecundum qualitates actiuam & paſſiuam quibus operatur in ea, et hæc eſt uirtus debilis. Secundò autem modo fit quod alterat eam tam ſecundum qualitates quam etiam ſecundum proximos effectus illarum qualitatum qui ſunt durities & mollities, ita quod diaphanitas et opacitas à materia non remouētur, & hæc eſt uirtus fortior, et hoc modo generantur lapides diaphani. Tertio autem modo fit *quòd totam materiam appræhendit tam ſecundum proximos effectus quàm etiam conſequentes, & tunc qualitates inducit & duritiem & mollitiem & colorem illius materiæ proprium permutat.* Et *iſto modo etiam ex aqua aliquando generantur lapides non diaphani, uel non ad plenum diaphani, ſicut eſt calcedonius & ille qui dicitur lapis buffonis, & alij quidem lapides. Sunt autem in omnibus his modis gradus multi, de quibus inferius mentio habebitur, cum de lapidibus precioſis agetur. Huius autem exemplum eſt quod aliquãdo uis terreſtris quæ operatur frigido humidum comprimente, & ſicco, ſic operatur in aquam quod ſolum in ea remanet uirtute huiuſmodi ſicci.* Et *tunc lotæ in tali aqua exiccantur uehementer & infrigidantur, & tales aquas quæ uirtute & non actu habent qualitates diuerſorum elementorum ſupra modum ſtudent facere alchimici ut per eas exiccent et coagulent hoc quod uolunt tranſmutare, propter hanc cauſam habent libros de ſeptem aquis conſcriptos.*

Aliquãdo autem uis terrea apprehendit aquam ita quod frigidum iam exprimit humidum, et ſiccum terminat materiam in ſeipſa manentę aquæ tranſparentia. Peruietas *enim aquæ non conuenit eidem inquantum eſt frigidum uel humidum uel utranq; habens qualitatem, ſed inquantum conuenit cum cœleſti corpore, & ideo conuenit ſubſtantiæ aquæ ante qualitates actiuas & paſſiuas ſecundum naturam, eo quod communior eſt elementis quàm aliqua qualitatum actiuarum & paſſiuarum.* Et cum ſic *operatur terræ frigiditas & ſiccitas inducentur neceſſariò proximi effectus earum in aquam quæ ſunt durities et coagulatio, & tunc fit lapis peruius.* Aliquando autem *uincit amplius inducendo ſubſtantiam aquæ ad opacitatem & naturam terræ.* Et tunc ex aqua fit lapis opacus *et fortè nigerrimus, ſicut ſunt lapilli quidam abundanter in ripis fluuiorum inuenti, qui tamen aliquando ex materia terreſtri generãtur ſicut inferius oſtendemus. Sicut autem diximus de terra, ſic intelligendum eſt fieri de qualitatibus omnium elementorum, & adijciendum quod uirtus elemẽti ſit materialis, et uirtus cœleſtis inſtrumentalis & formalis ſit uirtus motoris, et quod ex omnibus reſultat eſt uirtus infuſa materiæ & loco lapidum, ſicut ſatis in antehabitis dictum eſt.* De cauſis ergo ex *quibus lapidum generatio in communi cognoſcitur ſatis hoc modo ſit determinatum.*

In

IN TRACTATVM SECVNDVM PRIMI LIBRI DE mineralibus &rebus metallicis, qui eſt de accidentibus lapidum

Præfatio.

NVNC AVTEM DE HIS QVAE *per ſe lapidibus accidunt eſt dicendum. Accidentia autem quæ primitus accidunt lapidibus in cõmuni ſunt multa, primum tamen inter ea eſt commixtio materiæ. Dicamus quod ſi materia eſt ſicca uehementer tunc ipſa non bene erit commiſcibilis, & tunc aut locus erit poroſus non ſolidus aut ſolidus. Si non eſt poroſus ſed ſolidus generatur ualde lapis unus ſabuloſus, quando ſic capitur proferens minucias ſabuloſas, qui diuerſificatur ſecundũ quantitatem ſiccitatis & caloris ipſum coagulantis, quia aliquando fortè confricatur in ſabulum quãdo caliditas multa exiccauit. Et ſi locus eſt ualde poroſus per quem ubique egreditur calor coquens terram unctuoſam, tunc calor ille diuidit materiam illam in parua & decoquit eam in ſabulũ minutũ. Et ſi fuerit materia uiſcoſa ualde tunc diuiſa redigit in paruos lapillos diuerſarum quãtitatũ qui duriſſimi ſunt & diuerſorum colorum propter materiæ diuerſitatem. Lapides autem qui quando ſecantur optimè planantur, & puluis qui abraditur eſt minutiſſimus, ſunt ex materia optimè commixta, in qua primò operatum eſt humidum faciẽs fluere quamlibet partem ſicci ad quamlibet*

& poſtea appræhenſum humidum eſt exſiccatum, & ideo lapis talis bene eſt commixtus. Eſt enim ſubtile & humidum bene commiſcibile cum ſit penetratiuum partium & partis partium ſicut dictum eſt in ſecūdo perigeneos. Præ omnibus tamen & hi lapides bene commixti ſunt qui uaporabiliter miſcentur, & illi præ omnibus poliuntur bene & ſplendidi efficiuntur, eo quod ſubſtātia uaporis iam uergit ad ſubtilitatem aeris & humiditatem, & hæc duo ſunt ſubtiliora & magis ſe inuicem penetrantia in forma aeris quàm in forma aquæ & terræ. Ex eiſdem autem cauſis eſt cōpactio & continuitas bona & his oppoſita. Quorumcunque enim materiæ optimæ commixtæ ſunt niſi calidum decoquens exiccet humidum, horum eſt optima continuitas & compactio fortis. Huius autem ſignum eſt in operibus artis quæ naturam mutant. Hi enim qui lateres faciunt primò quidem cum terra commiſcent aliqua quæ cohærere faciunt partes, ſicut ſunt ſtercus equi & aliquod huiuſdmodi & facta materia glutinoſa ſtudent hæc optimè commiſcere, & quanto melius hæc commixta ſunt tanto planiores & compactiores fiunt lapides. Idem autem faciunt figuli qui non quamcunque terram ſed tenacem quæ glis uocatur in materiam ſumunt cum de luto fingere uolunt, commiſcent autem optimè antequam fingant, & tunc reſidere permittunt ad tempus in ea humidum, & ſuperfluum humidum ad ſolem extrahunt, & deinde coagulant uaſa ad ignem digeſtione quæ uocatur opteſis. Oportet igitur & naturam hunc habere modum in commixtione

imxtione lapidum. Terra ergo primò penetratur humido aut corporali, aut ſpirituali, & deinde aut ab ea ſeparatur humidum ſuperfluum & poſtea tempore longo inuiſcatur in ea humidum continuans, & per calorem opteticum extrahi non poteſt, hæc materia per talem digeſtionem conuertitur in lapidem. Et ſi inueniatur terra aliquãdo non completè conglutinoſè iuxta lapides illos, ſcimus quia talis materia ſatis eſt paſſa, & ideo indigeſta remanſit. Lapidum autem genera quæ ex aqua fiunt, quæ paſſa eſt à terreſtri ſicco frigido optimè compacta ſunt & quaſi polita eſſe uidentur, propter hoc quòd aqua eſt de numero politorum & eius quælibet pars in quamlibet fluit & in tali continuitate coagulatur & congelatur in lapidem. Hoc modo dictum ſit de lapidum commixtione.

De his quæ bene & malè commixta ſunt. Cap. 1.

Modus autem quo determinatur de coloribus lapidum ſumendus eſt ex libro de ſenſu & ſenſato cuius nos ſcientiam infra trademus tempore opportuno & ideo quæ hic ſupponimus ibi erunt manifeſta. Supponitur igitur hic quod omne quod eſt perſpicuum in quocunque genere corporum eſt cauſa ex multis partibus perſpicuorum corporum quæ ueniunt in compoſitionem corporis quod eſt perſpicuum. Adhuc autem album cauſatur ex multis perſpicuis in altera re determinatis.

Nigrum autem ex partibus opaci corporis opprimentibus partes perſpicuas quæ ſunt in eodem corpore. Medij autem cauſantur ex compoſitione horum per tres uias, ſicut in ſcientia de ſenſibilium generatione tradetur. Dicamus igitur quod omnes lapides perſpicui cauſãtur ex multa materia aeris & aquæ quæ terreſtri appræhendente materia eſt congelata & congregata, & ſi illa quidem perſpicuitas non eſt coloris alicuius ſed remanet perſpicuitas aeris uel aquæ tunc ſignum habet quod ſola frigiditas excellens apprehendit materiam, & hæc eſt ſicut perſpicuitas Chriſtalli & berilli & adamantis & lapidis qui uocatur Yris, ſed differentiam habent in perſpicuitate & natura aquea, quoniam Criſtallus non ſolum materiam aquæ habere uidetur, ſed aqueitatem declinantem in aereitatem propter quod maximæ perſpicuus eſt, & ad claritatem declinans. Berillus autem magis ad aquam declinat, unde cum uoluitur quaſi aquæ guttæ magnæ manare uidentur. Adamas autem magis habet aqueitatem tractam ad ſiccũ terreſtre propter quod obſcurior eſt & duriſſimus, ita quod collidat alia metalla præter calibem duriſſimum, eo quod calibs etiam eſt aqueitatis & terreſtreitatis ſicciſſimæ. Et ideo fit etiam quod adamas cum fuerit acuti anguli ſcindit & incidit omne ferrum & penetrat inſcindendo omne metallum. Yris autem fit ex aqua quaſi iam rorante quæ partim uapore partim ex rore reſoluto congelatur. Et ideo etiam in ſole poſitus colores Yridis depingit in oppoſito pariete. Similes autẽ his lapides ex ſimilibus fiunt

materijs

materijs. Iuxta enim ripas fluuiorum frequentiſſimè inueniuntur lapides obſcurè perſpicuitatis ſecũdum magis & minus, quorum color non cauſatur niſi ex perſpicuo aut ei compoſito aut commixto cum terreſtri obſcuro in parte uel in toto, & horum colorum quia facilè ex dictis ſcire cauſam pertranſeo. Niger autem color in lapidibus frequentiſſimè cauſatur ex terreſtri combuſto, propter quod etiam ut frequenter lapides nigri duriſſimi ſunt & magis polibiles quàm ſecabiles ſunt. Hic enim color non cauſatur niſi ex priuatione perſpicui in commixtione, ſicut patebit cum de ſciẽtia colorum tractabitur. Medij autem colores ſunt rubeus in genere uiridis & flauus & differentiæ ipſorum. Et ſicut dicetur in libro de ſenſibilibus, rubeus erit quando ſuper perſpicuum luminoſum infunditur fumus tenuis ſuccenſus. Et iſte inuenitur in quibuſdã lapidibus qui uocantur Iacincti aquatici, & in tribus generibus carbunculorum, propter quod ab Ariſtot. omnes illi calidi ſecundum naturam eſſe dicũtur. Differunt autem in rubore, quoniam ſi fuerit perſpicuitas multa & fumus ſuperfuſus ualde tenuis & lucidus eſt color eius qui uocatur Palacius ſiue Palaciũ. Si autẽ fuerit perſpicuitas multa & fumus quaſi igneus accenſus ſpiſſus tunc eſt color eius qui uerè dicitur carbunculus, & ideo ille qui uerè ſpeciem ſuam attingit lucet in tenebris ſicut noctiluca, & maximè quando ſuperfunditur aqua clara & limpida. Si autem fuerit perſpicuitas aliquantulum ſpiſſa & fumus ſupernatans fuerit obſcurior aliquantulum, erit color eius

quem uocat granatum, eo quòd ad modum grani maligranati coloratur, & hos omnes tres uocat Ariſtot. carbunculos, & nobiliorem & ſicciorem inter hos dicit eſſe granatum, cum tamen minoris ſit precij apud excluſores & artifices. Ille autem qui à quibuſdam Iacinctus aquaticus uocatur, colorem habet qui componitur ex aquatico perſpicuo limpido & non aereo, & ſuperfuſum habet fumum aquaticum ſuccenſum ſicut eſt in nube cœli & non in aurora. Eodem autem modo inuenimus colores lapidum perſpicuorum qui ſunt flaui coloris. Si enim lapis ſit perſpicuæ ſubſtantiæ & ualde claræ & immixtum habeat ſubtile terreſtre ualde combuſtum, tunc erit color ſaphiri clariſſimi, & habebit differentias colorum ſecundum quòd illud perſpicuum cum illo terreſtri ſubtili cumbuſto fuerit clarius & obſcurius. Flauus enim clarus & purus color abſque dubio cauſatur ex multo perſpicuo, quoniam uiſus penetrat in ipſum, ita quod lux non obuiat uiſui nec aliquod luminoſum. Si autem cum tali cõbuſto uaporoſo terreſtri ſit perſpicuum aquæum aliquantulum ſpiſſum, tunc reſultat color Iacincti qui ſatis minus clarus eſt quàm color ſaphiri nobilis. Color autem ſcintillans & ceruleus cauſatur ex lucido perſpicuo quod ſuperinducitur tenui & modico uapore aqueo incenſo, & hic eſt color uiridis qui Topaſion uocatur, & in quocunque lapide inueniuntur uenæ aurei ſplendoris ſicut in criſopaſo & criſolito color illarum uenarum ex eadem cauſa generatur. Sunt autem multi lapides perſpicui qui ſunt uirides, ſicut ſmaragdus

ragdus

ragdus & criſolitus, & lapis qui uocatur prama, licet diuerſa uiriditas ſit in eis, omnium autem horum colores ex una & eadẽ cauſa generãtur, fit enim ex perſpicuo aqueo cum terreſtri fortiter aduſto, & ſecũdum hoc quod eſt clarius uel minus clarus, fit etiam illa uiriditas clarior & minus clara. Huius *autem ſignum eſt in uitro quod ex commixtione fit plumbi, hoc enim eſt uiride ualde & efficitur tanto purius quanto ſæpius & magis comburitur.* In *combuſtione enim iterata depuratur perſpicuum & ſubtiliatur & aqueæ naturæ magis infunditur claritas luminis ignei, & ideo clarificatur. Color autem medius qui quaſi fuluus eſt & ceruleus ſicut eſt in lapide qui uocatur corneola cauſatur ex perſpicuo terminato, quod ſpiſſo fumoſo aqueo ſimiliter & terreſtri ſuccenſo ſuperinfuſum eſt.* Et *iſti ſunt ferè omnes colores qui in lapidibus precioſis inueniuntur. Poſt eum qui eſt onichini & niueum ſcintillantem quo dicitur colorari lapis qui dicitur orphanus. Componitur enim lapis onix ſiue onichinus ex ſubſtantia quæ eſt duplicis coloris, & inuenitur aliquãdo ex pluribus coloribus quã duobus, ut frequenter autẽ cõponitur ex duplici colore quorum unus ſupernatat alio.* I*nferior quidẽ eſt ſicut carneus qui eſt ex terreſtri ualde fumoſo uaporabiliter cõmixto. Superior autem eſt ſubpallidus aliquantulũ fuſcus, & hic cauſatur ex uictoria perſpicui ſuper opacũ in cõmimixtis partibus, ita tamẽ quod opacũ ſit alterãs albũ. Et talis ſubſtãtia eſt qñ aqueũ cõmixtũ terreo ſubtili pauco uaporat & euaporando coagulatur in la=*

pidem. Inueniuntur autem onichini ualde rubeas habentes uias & albas ualde, quorum colorum non eſt difficile inuenire cauſas ex prædictis. Niueus autem ſcintillas abſque dubio cauſatur ex hoc quod ipſe commixtus eſt ex perſpicuo corpore quaſi firmato, omnis enim perſpicui puluis inuenitur albiſsimus, & cum continuatur puluis reſultat corpus album micans, ſicut margarita, quod contingit ex reuerberatione luminis ad ſuperficies partium politarum, propter quod lapis dicitur aliquantulum lucere in tenebris ſicut noctiluca. In die enim tegitur lux quæ eſt incorporata diaphano in lapide propter maius lumen, ſed in nocte lucet, & ideo in die lapis ille albus uidetur ſicut noctiluca. Horum autem omnium perfecta ratio tradi habet in ſciẽtia de ſenſibiliũ generatiõe. Inuenitur autẽ lapis multorũ ualde colorũ, propter quod etiã panthera uocatur, cuius omnes colores cauſantur ex diuerſis ſubſtantijs ex quibus cõponũtur partes, eadem enim ratio eſt in toto & in parte quo ad corporis tincturam. Tanta igitur & tot ad ſcientiam colorum qui inueniuntur in lapidibus preciosis dicta ſunt. Ametiſtus autem ſequitur rubinum in perſpicuo obſcuro. Et calcedonius ſequitur berillum in ſubſtantia quaſi perſpicua lutea & feculenta ſicut plumbũ imitatur argentum.

De coloribus

De coloribus lapidũ perſpicuorum non terminatorum & non precioſorum. Cap. 3.

Lapides autem hi qui perſpicuæ & non terminatæ inueniuntur ſubſtantiæ multorum ualde ſunt colorum, & ſunt quatuor generum ut in communi ſit dicere, ſilices uidelicet thophi & quadrum & marmor. In omni*bus his generibus inueniuntur colores multi niger, uidelicet glaucus uirens aliquantulum & albus.* Extra genus *autem marmorum uix rubens magnus lapis, ſed paruuli rubei inueniuntur præcipuè in marmorum generibus.* Et *de omnibus generibus colorum eadem eſt ratio quæ in precedentibus dicta eſt, ſed hoc accidit generibus marmorum quòd abſtractè ab eis partes micant aliquantulum ſicut metallis mixtæ ſunt.* Et *hoc cõtingit hac de cauſa quod in ſubſtantia eorum commixtum ingreditur perſpicuum, cuius ſuperficies quando eſt inſpiſſata in partibus, fulget uel micat.* Et *hæc una cauſarum eſt quare eſt nobilius genus marmorum ceteris generibus lapidum.* Niger *autem frequenter in tali genere lapidum cauſatur ex terreſtri fu ligноſo commixto coagulato.* Albus *autem ex terreſtri ſubtiliſſimo quod commixtum eſt aqueo multo, hoc enim albeſcit decoctum ſicut facit terreſtre in caſeo & lacte.*

K

Glaucus autem cauſatur ex terreſtri opaco quod alterauit modicum album quod ex terreſtri ſubtili & aqueo multa coagulari cœpit. Virens autem in omni genere cauſatur ex multo aqueo uaporibus ſimul irrorantibus in mixto & ſic coagulato. Quadrum autem genus eſt habẽs plures uel omnes has mixtiones in partibus propter multi generis materias in loco illo congregatas. Thophi autem frequenter aut terrei ſunt coloris aut albi ſicut pumices. Hoc enim genus lapidis ex terra in qua ſpumat aqua eidem terræ commixta generatur, et ideo cum calido coagulatum eſt digeſtione quæ opteſis uocatur, ſpongioſum, & leue inuenitur. Pumex autem fit ex aqua magna, cuius ſpuma uehementer paſſa eſt à terreſtri ſibi permixto, & ideo eſt albus propter ſpumæ talis albedinem. In generibus autem marmorum album, quod uocatur alabaſtrum abſq; omni ambiguitate componitur ex multo perſpicuo quod eſt alteratum et paſſum uehementer à terreſtri ſubtili, & ſic reſultat in eo color nobiliſſimus micans, hoc autem quod uocatur porphyriticum marmor, habet colorẽ obſcuræ carnis, cum albis guttulis et nos iam diximus cauſam talis coloris. Silices uerò ut plurimum ſunt fuſci coloris, cuius etiam cauſa eſt ſufficienter aſſignata. Sufficiat ergo de coloribus lapidũ hoc quod nunc dictum eſt.

De

De cauſa duritiei diuerſæ quę eſt in lapidibus. Cap. 4.

Dicemus conſequēter de uniuerſitate duritiei quæ multarum diuerſitatum inuenitur in lapidibus. Omnia enim genera lapidum precioſorum adeò ſunt dura quod nec lima aliquid ab eis tollitur quod colliſi ad ſe fortiter ut ad calibem induratam emittunt ignem.

Econtra uerò ferè omne genus thophi ita inuenitur parum habens de duritie quod modico inſtrumēto inſciſſibile eſt, lapides autem quidam albi qui uulgariter creta uocantur, & quidam etiam molliores et albiores inueniuntur minus habentes de duritiæ in genere lapidum. Omne autem genus ſilicis duriſſimum eſt, & poſt hæc marmora in genere ſuo. Quadrum autem medium eſt in duritiæ lapidum, & tamen in illo inuenitur maior et minor durities, ſed hoc accidit communiter lapidibus durioribus qui diu iacentes in aëre tempore frigoris poſtea ad ſolem ſcinduntur in multas partes. Econtra autem qui ſunt minus duri, niſi ſint male commixti quaſi in modum calcis combuſti opteſi coagulante quanto diutius in aëre iacent, in ædificijs meliores efficiuntur & duriores, & non ſcinduntur ex frigore. Phyſici autem eſt aſſignare cauſam horum accidentium ex materia & efficiente, quemadmodum in alijs dictum eſt. Dicamus igitur quòd cauſa generalis duritiei eſt ſiccitas.

Cum enim durum ſit habens potentiam naturalem ad reſiſtendum tangenti et molle eius naturæ habeat impotentiam, non poteſt cauſari niſi ex ſicco quod in ſeipſo ſtat nõ cedens ad alterum. Siccitas autem ex duobus cauſatur in natura lapidum, ſicut ſuperius patuit. Aut enim eſt ex hoc quod ex terreſtri materia calidum epotauit humidũ, & ideo remanſit terræ induratum. Aut eſt ex hoc quod ſiccitas frigidiſsima uehementer apprehendit humidum perſpicuum & ipſum ad ſui proprietatem conuertendo expreſſit humidum, materiam uehementer comprimẽdo & indurauit & excellenter compegit, ſicut eſt in lapidibus perſpicuis, propter quod duriſsimi ſunt, et colliſi etiam ignem emittunt, & non ſuſtinent limam, ſed oportet quod quaſi lapſando & confricando poliantur. In cæteris autem lapidibus ex materia terræ factis, cauſa duritiei maioris non eſt niſi maior ariditas quæ cauſata eſt ex calido fortiori uel minus forti ex parte efficientis, & ex humido facilius & minus faciliter à materia ſeparabili, quantum eſt de parte materiæ, unctuoſum enim ualde humidum de facili continuatur, & omnino aqueum de facili uaporat, propter quod lapides qui ſunt ut creta, uel molliores quàm creta, ualde albi ſunt, & tincturam albam relinquunt in his quæ tangunt, pro certo humido ualde euaporabili commixti ſunt, & calido excellenti ultra coagulationis menſuram combuſti ſunt, et iam calcinari inceperunt, propter quod in muris non remanẽt, quia ſicco calcinato exterius ſemper ſunt aſperi, & hoc recedens

in cementi

in cementi tenacitatem relinquit aliam partem lapidis cemento non conglutinatam, & ideo cadunt de muris lapides iſti, & murus de ipſis poſt modicum dum efficitur ſicut materia. Silices autem duriſſimi ſunt eo quod humidum eorum non ſeparabile à materia multum eſt epotatum, & uehementi ariditate terreſtri eſt induratum. Et ideo etiam illi cementum non bene accipiunt, eo quod poris eorum conſtrictis non imbibitur, propter quod in archithectonicis Lathomi his raró utuntur, & dicunt quod iſti lapides ſcindunt muros. Marmorum autem genera alia optimè commixta ſunt, et uehementer decocta, & ideo dura ſunt & eorum muris apta. Sed quadri lapides plus cæteris conueniunt edificijs, & quando uehementer duri ſunt, tunc ſiccitas eſt eorum magna, & paruum humidum continuans partes, quod quando frigore congelatur relinquit exteriores partes & fugit ad interiores, & eſt tale humidum non bene partibus incorporatum, & ideo de facili mouetur ad interiora et exteriora, propter quod poſtquam ipſum frigus comprimens mobile fecit, epotatur à proximo calido ſolis, & tunc in diuerſa diuiditur lapis. E contra autem lapides aliquantulum humidi humido bene membris lapidis inuiſcato in aëre uehementer exiccantur, & ideo duriores & meliores in edificijs per longitudinem temporis efficiuntur. In thophis autem cauſa molliciei eſt humidum non uehementer extractum nec terreo excellenter commixtum & ideo mollis eſt tophus, & ad ignem poſitus non co=

quitur ut later ſed formatur in cinerem terreſtrem. Hæc igitur de duritiæ lapidum dicta ſunt, ex his enim & aliæ diuerſitates de facili poſſunt cognoſci.

De dolabilitate et indolabilitate lapidum. Cap. 5.

EX *iſtis iam patere poteſt dolabilitatis & indolabilitatis cauſa. Lapides enim excellenter duri dolabiles non ſunt, ſed comminuibiles in parua, & quando ordinatos non habent poros, non ſcindũtur ad regulam. Sicut enim in lignis contingit nodoſitas ex diuerſo fluxu ſicci ex quo ligni generatur corpus, ita contingit ex diuerſa commixtione in lapidibus & materiæ confuſione, & nodoſitas illa facit quod lapis inordinatè frangatur, & non ad regulam, duriſsimi tamen & ſicciſsimi lapides ſiue nodoſi ſint ſiue non, comminuibiles ſunt magis quàm dolabiles, eo quod conſtrictione aut optheſi conſtricti & diſtricti ſint pori in illis, ita qd' in diuerſa dematur ſciſſura & diuiſio ipſorum. Quicunque autem non ultra temperamentum lapidis ſunt conſtricti uel indurati dolabiles bene ſunt et ſecabiles ad regulam, licet nõ poſsint ſecari ut ligna, ſed potius per partes minutatim extractas reliquo corpore lapidis ſimul manente. Iſte igitur eſt modus dolabilitatis & indolabilitatis lapidis.*

Hoc

Hoc etiam oſtendunt ipſa artis lathomorum inſtrumenta lathomi enim lapides dolabiles ſecant ad regulam ſecundum totam ſuperficiem lapidis. Indolabiles qui comminuibiles ſunt non in tota ſuperficie dolantur, ſed ſufficit quod plures anguli non planæ, ſed aſperæ ſuperficiei pertingant ad lineã, ſicut dicuntur facere lathomi Leſbij eo quod in Leſbia inſula non niſi lapides comminuibiles inueniuntur.

De cauſa poroſitatis & compactionis lapidum, & grauitatis & leuitatis eorũdem. Cap. 7.

IVXTA *hunc modum etiam determinatur de cauſa poroſitatis lapidum & cauſa compactionis eorundem. Inueniuntur enim lapides quidam tantæ poroſitatis quod natant ſuper aquam ſicut lapides quos eijcit Vulcanus, & pumices quidam compactiſſimi inueniuntur ſicut lapides precioſi et marmorum genera, quidam autem quaſi medij inueniuntur inter hæc. Et cauſa quidem poroſitatis non eſt alia niſi quia humidum non totum commixtum fuit cum terreſtri, ſed in diuerſis partibus eius ſtetit, ſicut in uaſe quod cum epotatum fuit opteſi remanſerunt foraminета, & factus eſt lapis poroſus propter incluſum aërem in foraminibus illis natans ſuper aquam. Compactio autem præcipuè fa-*

cta partium eſt ab humido undique penetrante lapidis materiam, propter quod quamlibet partem eius fluere facit ad quamlibet partem, & ideo compactus factus eſt lapis, hoc autem humidum eſt corporale et aqueum, aut ſpirituale aut aëreum. Et quia aëreum ſubtilius eſt quàm aqueum, ideo compactioris ſubſtantiæ ſunt lapides ex uaporibus commixti quàm ex alia ſubſtantia aquea uel terrea. De cauſa autem grauitatis aut leuitatis lapidum ſuperfluum eſt hic intendere cum de hoc in de cœlo & mundo ſufficienter ſit pertractatum, ubi oſtenſum eſt quare lapides leuiores ſub aqua merguntur, cum ligna grauiora ſuper enatant aquis. Hæc igitur in communi de lapidibus dicta ſunt.

De cauſa multitudinis paruorũ lapidum iuxta littora, et de ordine laterũ qui aliquando in littoribus quaſi artificialiter poſiti inueniuntur. Caput 8.

P*Ræter omnia iam dicta accidit aliquando iuxta ripas fluuiorum & marium inueniri multitudinem magnam paruorum lapidum colligatorum quaſi cemento fortiſſimo, ac ſi de muro aliquo ſumpti ſint, propter quod etiam putant quidam opera antiquorum fuiſſe ibi & deſtructa per aquam. Et quod mirabilius eſt per totam longitudinem littoris inuenitur aliquando ordo*

laterum, ac ſi artificialiter ibi poſiti ſint, cum tamen hoc non uideatur eſſe opus artis, eo quod ualde tenue eſt, non habens modum muri alicuius, ſed tantum later iuxta laterem ſic nihil ſupra ſe uel infra ſe de lateribus. Dico au*tem quòd cauſa primò inter iſta duo uidelicet; quòd lapides parui quaſi cemento inueniũtur conglutinati, eſt quòd primò coagulati fuerunt illi ſilices diuerſi, & fuit in loco illo materia ad modũ calcis aduſta per opteſim, cui poſtea influens aqua commiſcuit eam, & lapides per eandem iterato decocti cõglutinati ſunt. Eſt autem duriſsimum illud cementum, quia quotieſcunque decoquitur opteſi ſiccum terreſtre calcinatur, & iterato opteſi ſupra modum durum efficitur quaſi incõſumptibile per ignem.* Hoc *autem in operibus probatur artis, ubi teſta contrita & calcinata & iterum humido commixta in teſtam formata & opteſi coagulata duriſsima efficitur, & inconſumptibilis ab igni, propter quod taliter facta uaſa quærunt artifices cũ fundunt metalla. Nõ eſt autem cauſa alia quare lateres ab arte tantum etiam non à natura fieri dicantur. Si enim lutum tenax in terra commiſceatur & calido poſtea incluſo in terra decoquitur, later melior fit in terra per naturam quàm per artem, & hoc maximè iuxta littora marium & ripas fluuiorum fieri poteſt, eo quod illa loca humida frequenter miſcentur, & radijs ſolis calefiunt, & ſolia ſunt ad continendum intra calorem ne euaporet.* In tali*bus etiam ſolis locis huiuſmodi impreſsio inuenitur.* Non *enim eſſet ratio quare ars unum laterum poneret iuxta*

alium ſecundum unius lineæ ordinem tantum nihil amplius ædificando.

De quibuſdam lapidibus habentibus intus & extra effigies animalium. Cap. 9.

ADmirabile omnibus uidetur quod aliquando lapides inueniuntur intra & extra habentes effigies animalium. Extra enim habent lineamenta & quando franguntur inueniuntur in eis figuræ inteſtinorum. Et huius cauſam dicit Auicenna eſſe quod animalia ſecundum ſe tota aliquando mutantur in lapides & præcipuè in lapides ſalſos. Dicit enim quod ſicut terra & aqua ſunt materia lapidum, ita etiam materia lapidũ ſunt animalia, quæ cum in locis in quibus uis ſpirat lapidificatiua trãſeunt ad elementa & apprehendũtur à qualitatũ proprietatibus, quæ ſunt in illis locis, & mutantur elementa quæ ſunt in corporibus taliũ animaliũ in dominãs elementũ terreſtre uidelicet cõmixtũ cũ aqueo, & tunc uirtus mineralis conuertit ipſum in lapidem & retinent figuras ſuas membra intus & extra ſicut prius, ſunt autem huiuſmodi lapides ſalſi non duri frequenter, quia oportet uirtutem eſſe fortem quæ ſic traſmutat corpora animalium, & hoc comburit aliquantulum terreſtre in humido & ſic generat ſalis ſaporem. Hoc autẽ teſtatur fabula Gorgonis quæ ad ſe reſpicientes

ſpicientes dicitur conuertiſſe in lapides. Gorgon uirtutem ſortem mineralium uocauerunt, reſpectum autem ad eam uocant diſpoſitionem humorum corporũ ad uirtutem lapidificatiuam. Hæc igitur ſunt quæ de lapidibus incommuni uidebantur dicenda.

Primi libri de mineralibus & rebus metallicis, Finis.

LIBER SECVNDVS QVI EST DE LAPIDIBVS precioſis.

De cauſis uirtutum lapidum precioſorum & redargutione dicentium in lapidibus non eſſe uirtutes. Cap. 1. Libri Secundi.

CONSYDERATIONEM AVTEM *facientes de lapidibus precioſis non loquemur de cauſa coloris eorum. Neque de paſſibilitate eorum uel duritie uel aliquo huiuſmodi, eo q; de omnibus his in ſuperiori libro expeditũ eſt, quantũ ſufficit ad hanc intentionem, ſed tria ſunt quæ potiſſimè ſunt inueſtiganda, uirtutis eorũ cauſa uidelicet & deſcriptio eorum ſigillatim, & ſigil-*

la quæ inueniuntur in quibuſdam eorum depicta. His tribus habitis non quærimus amplius phiſicè ſcire dè lapidũ natura. Cauſa autem uirtutis lapidum occulta eſt ualde, & uaria in ea ſenſiſſe uidentur multi phiſiologorum. Multi etiam dubitare uidentur an inſit lapidibus uirtus aliqua de his quæ uidentur eſſe in eis, ſicut curare antraces, fugare uenena, conſiliare corda hominum, facere uictorias, & huiuſmodi, aſſerentes nihil ineſſe compoſito niſi ex compoſitione & compoſitis. Operatio enim talis qualis dicatur ineſſe lapidibus non cauſatur ex componentibus eoſdem. Ex illis enim nõ conuenit eis niſi calidum & humidum & durum & paßibile eſſe & huiuſmodi quæ in accidentibus determinata ſunt. Amplius autem cum nobiliora ſint animata quàm lapides deberent ut inquiũt potius habere uirtutes quæ lapidibus attribuuntur quàm lapides. His igitur & huiuſmodi rationibus utuntur qui nullas concedũt lapides, uirtutes habere. Huius autem contrarium expertum eſt ſepißimè, quoniam magnetam uidemus ferrum attrahere, & adamantem illam uirtutem in magnete reſtringere. Adhuc autem expertum eſt ſaphiros aliquos antraces fugare, & unum tale uidimus oculis noſtris, hoc etiam ab omnibus uulgatum eſt, & non poteſt eſſe quin in toto uel in parte ſit uerum quod ab omnibus communiter eſt dictum. Fuerunt autem aliqui qui etiam uirtutes ſpeciales lapidibus dabant, & hoc ab anima lapidum eſſe dicebant, et ſunt quidam pithagoricorum, hi enim dicũt ſolius animæ eſſe hoc, & non in una materia tantum ſed ab una extendi

in aliam

*in aliam per operationes animales, ſicut homo ad intelligi=
bilia extendit intellectum etiam imaginationem ad imagi=
nabilia.* Et *hoc modo dicunt animam unius hominis uel al=
terius animalis egredi uel ingredi in alterum, & faſcina=
re ipſum & impedire operationes ipſius, propter quod
præcipiunt in operationibus cauere & declinare oculum
faſcinantem.* Et *hoc etiam modo dicũt quidam augures im=
pedimentum & profectum operationum fieri uiſu & au=
ditu auium quarundam, uel aliarum beſtiarum.* Iſti *ergo
tales dant animas lapidibus & ipſas extendi ad naturas
quæ lapidibus attribuuntur. Schola autem* Pitagoricorũ
quã in multis ſecutus eſt Democritus, *qui lapides animas
habere dixit, omnia plena dijs eſſe dogmatizat, ſicut in
carminibus ſuis poſtea cecinit.* O*rphæus enim dicebat deos
uirtutes diuinas in rebus diffuſas,* D*eum etiam nihil aliud
eſſe niſi illud quod res format in omnibus rebus diffuſum.*
In *lapidibus ergo dicebat partem diuinam eſſe quam lapi=
dum animam dicebat eſſe extendentem ſe ad res circa quas
operatur, hæc autem abſurdiſſima ſunt.* Et *de faſcinatione
quidem an uerum ſit an non ad magicas pertinet, deinde
autem diffuſum in rebus, ita quod rebus ſit unitus & per=
mixtus ſicut aliqua uirtus eſſentialis rebus, dementis eſt di
cere, quoniam ſi cõmiſcetur rebus erit generabilis in qui=
buſdam rebus, & exiens de non eſſe ad eſſe & de potentia
ad actum quæ omnia impoſſibile eſt* Deo *conuenire, quam
libet autem rem habere aliquid diuinum per quod appe=
tit & agit ad eſſe diuinum, uel diuino ſimile, eſt uerum &*

alibi hoc eſt determinatum. Animas autem nullas, habere lapides in antecedentibus huius libri determinatum eſt, propter quod etiam hæc & his ſimilia quaſi deriſoria relinquentes, dicamus lapides abſque omni ambiguitate uirtutes mirabilium effectuum habere, quæ quidem uirtutes inſunt eiſdem non ex componentibus ſed compoſitum conſequuntur ex cauſa quam infra determinabimus. Nec eſt uerum quod has uirtutes animata potius habere debeant, quare ſic eſt in omni re naturali quòd res occupata altioribus uirtutibus abſtrahitur & impeditur ab inferioribus. Cuius ſignum eſt quod intellectualia ſicut homines non bene percipiunt immutationes elementorum, quemadmodũ bruta, ſicut pulli diuerſitates horarum & temporum melius iudicant quàm homines. Et homo ipſe quando occupatur meditando nõ operatur per uiſum & auditũ, ita quod non percipit ea quæ ſunt ante oculos. Sicut igitur eſt in tota natura quod etiã animata altioribus uirtutibus animæ occupata non operantur uirtutibus inferioribus nobilibus quibus cõmixta non animata operantur. Nihil tamen eſt in uniuerſa natura quod non habeat propriam ſuæ ſpeciei operationem, ſicut ſcamonea choleram purgare & alia huiuſmodi, hoc autem in ſimplicibus probatur medicinis, & in ſcientia de incãtatione & alligatione ubi oſtenditur membra diuerſorum animalium, aut collo, aut coxæ, aut alio membro corporis hominis alligata mirabiles operari effectus. Idem eſt de hærbis radicibus & lignis. Sed ipſæ carnes hominũ, & quod minus uidetur ſuperfluitas

ſicca

ſicca egeſta ab homine, & ſtercus luporum mirabiles contra uenenum uel alias peſtes habent operationes, propter quod & lapides proculdubio operationes habere conſtat, aut omnes aut ferè omnes licet in pluribus ſint ignotæ operationes eorum. Et ideo dicit Ioannes Damaſc. *quòd nulla res deſtituitur à propria & ſubſtantiali operatione. Riſibile enim eſſet ualde quòd diceremus qualitates primas uehementes habere operationes & formas ſubſtantiales ipſis rebus ut fines naturæ datos, ſicut diuinum & optimũ omnino nullas habere operationes, licet nõ ſint actiuæ & paſſiuæ ad tranſmutandam materiam, cum ſint operatiuæ operationis illius quæ illi perfecto conuenit, quod natura perficit per illud diuinum & optimum.*

De quatuor opinionibus philoſophorum circa cauſam uirtutum lapidum. Cap. 2.

Quæſitum autem eſt multo tempore à philoſophis ex qua cauſa tales uirtutes infunduntur lapidibus, & diuerſas opiniones recitare diſpendium eſſet. Tangamus igitur quatuor probabiles, & poſtea noſtram dicamus ſententiam, deinde per rationem confirmemus eandem. Quidam autẽ dixerunt ab elementis componentibus lapidibus tales ineſſe uirtutes. Quibus cũ obijcitur elementa non operari niſi qualitatibus primis, &

operationes lapidũ ad qualitates primas non poſſe reduci. Reſpondent elementa quaſdam habere operationes per ſe quaſdam autem in mixto, quia in mixto qualitas elementaris operatur mota ſicut inſtrumentum, & tunc habet multa operari quæ per ſe nõ operatur. Et ideo ſicut ad aliam uirtutẽ nõ reducitur alteratio cibi & eleuatio & mutatio ad carnem niſi ad calorem digeſtiuum quem ſcimus eſſe calorem ignis, & quod congregat homogenea & diſgregat etherogenea ſicut dictum eſt in. ij. Metheor. Ita dicunt iſti & non alij uirtuti quàm elementari eſſe attribuendũ quid ſit in elementato, eo quod elementatum non operatur niſi mediante uirtute elementorum quæ ſunt in ipſo. Hæc ergo eſt opinio quorũdam antiquorum philoſophorum quam Alexander græcus peripatheticus defendere uidetur, eo quod ipſe omnia quecunque ſunt, ſiue ſint animata ſiue nõ, elementis attribuit. Ita etiam quòd dicit intellectum eſſe quoddam elementorum complexionem conſequens. Ipſa enim elementa cum complexa ſunt mirabiliorum & altiſsimarum dicit eſſe operationum. Virtutem autem quæ in commixto regit & dirigit qualitates elementales, non dicit eſſe niſi complexionem conſequentem, & hanc mirabilem aſſerit eſſe, & probat per opera alchimiæ in quibus ſimplicica parum proſunt, & cum complexa fuerint admirabiles ualde reddunt effectus. Hæc autem opinio Platoni non placuit, qui omnia inferioriora dicit eſſe Ydeata à ſuperioribus Ydeis quas ſeparatas & miræ potentiæ eſſe dicebat. Illæ enim ſunt quæ generant quicquid generatur

ut aſſerit.

ut aſſerit. Dicit autem quòd ea quæ ſeparatorum maiorem accipiunt ſimilitudinem & in quibus ſeparata minus immerguntur materiæ eſſe uirtutes mirabiles in operatione ſimili operationi Ydeæ ſeparatæ. Operationem Ydeæ ſeparatæ eſſe dicit operari tranſmutando et alterando materiam generabilium & corruptibilium. In quibus ergo rebus, minus mergitur Ydea materiæ in his adhuc poſtquam incorporata eſt, mirabiles res operari non ceſſat, & ſic dicit eſſe in lapidibus precioſis & in alijs multis rebus naturalibus. Probationem autem huiuſmodi ſententiæ non equidem ex Platone, ſed ex Platonicis, ſicut ab Apulegio & quibuſdam alijs collegimus, dicẽtibus quòd ſubiecto mortalium rerum & defuncto hoc quidem quod immortale eſt in rebus mirabilia operari non ceſſat. Dicunt etiam iſti quòd ſi operationes iſtæ elementis attribuerẽtur, ſicut quidam dixerunt Pithagorici, aut elementorum complexioni, quod tunc ſicut complectio eſt unica, ita operatio lapidis eſſet una. Nunc autem multas uidemus. Adhuc autem ſiue qualitas elementalis operetur per ſe, ſiue in complexo non operantur qualitates elementales, niſi tranſmutando materiam quam afficiunt, nulla autem tali tranſmutatione facta ſubſtantiæ uidentur operari lapides precioſi, propter quod etiam alicuius ſeparati principij uidetur eſſe operatio iſtorum. Hæc igitur eſt opinio Platonicorum. Hermes autem & quidam ſequaces eius Indorum plurimi multa de uniuerſali uirtute differentes dicebant omnium inferiorum uirtutes eſſe in

ſtellis & imaginibus cœlorum. Omnes autem uirtutes *in ſundi in inferioribus omnibus per circulum alaur, quoniam primum circulum imaginum cœleſtium eſſe dicebant, has autem uirtutes deſcendere in res naturæ nobiliter & ignobiliter.* Nobiliter *autem quòd quando materiæ recipientes has uirtutes fuerint ſuperioribus magis ſimiles in lumine & perſpicuitate.* Ignobiliter *autem quando materiæ fuerint confuſæ & feculentæ in qua quaſi opprimitur uirtus cœleſtis.* Hanc *igitur cauſam iſti dicunt quoniam lapides precioſi præ alijs habent mirabiles uirtutes, quia uidelicet in ſubſtantia magis ſimilantur ſuperioribus & in lumine & perſpicuitate, propter quod à quibuſdam eorum, ſtellæ elementales eſſe dicuntur lapides precioſi.* In *ſuperioribus enim ut inquiunt quaſi quatuor colores inueniuntur, qui etiam frequentiores ſunt in lapidibus precioſis. Quorum unus eſt orbis non ſtellati, qui ab omnibus dicitur ſaphyrus et hunc colorem primò habet ſaphyrus & denominat. Participant autem ipſum poſterius alij quidem lapides. Secundus autem eſt qui eſt plurium ſtellarum & eſt ille qui uocatur lux candens & albeſcens, et hunc colorem habet dyamas et berillus et multi aliorum. Tertius eſt qui uocatur igneſcens et rutilans qui eſt in ſole & marte, & in quibuſdam alijs, & hunc primò quidem accipit carbunculus, et poſtea palachius ſiue palacius & granatus, & quidam alij.* Ideoq; *dicunt carbunculum nobiliſsimum et uniuerſaliter habere habentem uirtutem omnium aliorum lapidum, quia ſol cuius uirtutem ſimilem*

ſimilem accipit,nobilior eſt omnibus uirtutibus cœleſtib. & eſt ſua uirtus uniuerſalis dans lucem omnibus cœleſtibus & uirtutem. Quartus autem eſt rubeus obſcurus tã in ſtellis quam in quibuſdam alijs lunæ manſionibus inuentus,& hic inuenitur in lapidibus habentibus obſcuras nubes,ſicut in calcidonio,ametiſto,& aliquando in ſmaragdo, & in quibuſdam alijs, proter hoc & huiuſmodi dicta talem iſti induxerunt opinionem. Auicenna autem & quidam alij ſequentes eundem dixerunt in omnibus naturis quædam aliquando apparere prodigia ex imaginatione ſuperiorum motorum. Contendit enim hic philoſophos intelligentias quæ mouent orbes nequaquam poſſe intendere particularem motum hunc uel illum, niſi per apprehenſionem aliquam particularium,& hanc apprehenſionem dicit imaginationem equiuocare ſeu equiuoce uocari ad imaginem, quæ pars eſt animæ ſenſibilis in animalibus. Practicè autem omnia quæ fiunt ut inquit præ exiſtunt in cõceptionibus motorum ſtellarum et orbium. Adhuc autem talem inquit eſſe obedientiam totius materiæ generabilium ad motorem, qualis eſt obedientia noſtri corporis ad noſtras animas. Nos autem in nobis ſentimus quod ad quamcunq; formam concepimus, mouetur corpus noſtrum delectabiliter uel horrendo uel fugiẽdo. Sic igitur dicit frequenter diuerſa concipere animas cœleſtiũ,et tũc materiã moueri ꝑ obediẽtiã ad illud,ex hoc eſſe qđ diuerſas uirtutes generata accipiũt quæ nos cõplexionales uocamus,et maximè lapides in quibus eſt cõmixtio

prima facilius mora ad imagnationem huiuſmodi, quàm alia in quibus eſt maior diuerſitas propter animæ opera quæ infunditur illi. Hæc igitur *dicta ſunt ab* Auicenna *et ſequẽtibus eum, ut uidetur accipi in quibuſdam dictis ſuis quæ de magicis & alchimicis compoſuit.*

De improbatione dictarum opinionum. Cap. 3.

Dicta uerò *Alexandri peripatetici, conuenientia ideo non ſunt, quia ſcimus quod licet quodlibet calidum ſimplex & calidum commixtum diuerſas habet operationes, tamen conueniunt in genere congregandi ui delicet homogenea & etherogenea.* Idem *autem dicimus de frigido humido & ſicco.* Operationes *autem lapidum nec in genere nec in ſpecie conueniunt, cum ſimplicium o=peratione, ſed magis prodigioſæ & mirabiles eſſe uiden tur.* Adhuc *autem malè dictum eſt nihil dirigere & infor mare qualitates elementorum, niſi ipſam mixtionem & complexionem.* Sic *enim non oportet eſſe ſpecies & for=ma alia niſi complexio quod falſum eſſe oſtenſum eſt, et o=ſtendetur à nobis in libro de anima et in philoſophia pri ma, propter uirtutes enim lapidum non complexionales nec elementales, præ omnibus magici utuntur lapidibus precioſis, tam in annulis quàm in cæteris imaginibus quo rum effectus eſt mirabilis, propter hoc autem et eiuſmodi falſificatur dictum* Alexandri. Q*uod autem dicit* Plato

Plato de Ydeis à multis cõuenienter dictum eſſe oſtenſum eſt, & nos de hoc alibi diſputabimus, quia negocium de Ydeis maioris eſt egens inquiſitionis, quàm ſit propoſitũ negocium in quo ſumus. Sed licet hic ſupponatur non eſſe Ydeas alias formantes generatiua, neque aliquid immortalium in corporibus mortalibus et corruptibilib. quia corruptis his nil manet eorum quæ ſunt in ipſis, neceſt reſolutio commixtorum in elementa et Ydeas, ſed potius ſolum in elementa ex quibus componuntur. Si ponerentur autem eſſe huiuſmodi Ydeæ inutiles eſſent, eo quod non proportionarentur materiæ, nec contigerent eam, nec tranſmutarent. Omnia enim talia uidentur eſſe in materia ipſa & non ſeparari ab ea. Per hoc igitur et his ſimilia dictum Platonis improbatur, omnibus tamen antiquis probabilius dicit Hermes de cauſa uirtutis lapidum, quia ſcimus pro conſtanti omnium inferiorum uirtutes à ſuperioribus deſcendere. Superiora enim ſubſtantia & lumine & ſitu & motu et figura influunt in inferioribus oẽs nobiles uirtutes quæ ſunt in ipſis, tñ hoc dictum imperfectum eſt in Phyſicis, licet forte in aſtronomicis & magicis eſſet ſufficiens, quia in Phyſicis dicitur cauſa quæ eſt in materia operans, talis autẽ eſt elementalis, aut qualitates elementorum prout ſunt in commixto uel forma ſubſtantialis tales complexiones conſequens. Docet enim Ptolomeus in libro qui Alarba. dicitur, effectus ſtellarum ideo eſſe diuerſos et incertos, quia in inferioribus influxu proueniunt ad ipſa per aliud, & per accidens. Per aliud

quidem quia per uirtutes elemẽtales quæ informant. Per *accidens autem quoniam non perueniunt ad inferiora, niſi per eſſe uniuerſale quod in confuſum et incertarum diſpoſitionum eſt, eo quod aliquando materia eſt receptibilis uirtutis cœleſtis, aliquãdo nequaquam, et aliquando recipit eam ſecundum parum, aliquando ſecundum multum & hoc ignorantes multi qui diuinant in aſtris ſepe mentiuntur, & abominabilem ſuis mendacijs faciunt ſcientiã cum ſit bona et utilis ualde. Quæ autem* Auicenna *de prodigijs dicit prodigioſa eſſe uidẽtur.* Non *enim imaginatio poteſt aliquo modo intelligentijs cœleſtibus cõuenire, niſi enim ſunt conceptiones tales in eis, quæ motu cœli & elementalibus qualitatibus, nõ explicentur, eo quod nihil eſt inordinatum in eis, hoc autem alibi oſtendetur, quia multa oportet permitti, ſed hæc conueniẽter deberent oſtendi. Sed hoc ſufficit quod in phyſicis & in cœlo & mundo perfectè de talibus dictum eſt quantum permiſit conſyderatio phyſica.* Intellectus *enim practici ſunt & per ſe formales ad opus naturæ quos cœleſtis motus explicat ſicut inſtrumentum.* Nec *unquam conceptio aliqua eſt in motore niſi talis. Vnde autem eſt quod intendit hunc uel illum in parte dictum eſt in cœlo & mundo ſufficienter aut in prima phyſica habet determinari.*

De

De uera cauſa uirtutis lapidum precioſorum. Cap. 4.

REfutatis igitur omnibus his dicimus cum Conſtantino et alijs quibuſdam quod uirtus lapidis cauſatur ab ipſa lapidis ſpecie & forma ſubſtantiali. Sunt autem quædam uirtutes mixtorum miſcibilia habentes pro cauſa, quædam autem ipſam ſpeciem. Et hoc clarius uidetur in his quæ melius alijs ſpecificata & formata ſunt, ſicut eſt homo qui operatione qua homo eſt, habet intelligere, quæ ex nullo cauſatur complexionante. Idem autem eſt in brutis et in uegetabilib. ſicut probatur in ethicis, ita quod omnis rei propria eſt operatio, & proprium bonum ſecundum ſpeciem, qua formatur et perficitur in eſſe naturali. Huiuſmodi autem ſpeciei inſtrumenta ſunt omnia complexionantia, eo quod ipſa continet omnia, et ipſa non exiſtente corrumpitur & diſſoluitur complexionatum. Forma enim continet materiam ſicut diuinum & optimum illius, & non continetur ab ipſa, nec deſyderatur materia in natura, quia ſi non indigetur niſi ad eſſe indiuidui, & non ad eſſe diuinum. Hæc autem in libro de intellectu & intelligibili, & in prima philoſophia clarius elucidabuntur. Forma igitur iſta inter duo eſt hæc inter cœleſtes uirtutes à quibus datur & ſuper materiam complexionatam cui infunditur. Si ergo in ſe cōſyderetur ipſa eſt eſſentia ſimplex unius tantum operatiua quodcunque eſt illud, quod unius eſt tantum efficere unum,

& ab unico eſt unicum, ſicut tradit tota uniuerſitas philoſophorum. Si autem hæc forma conſyderetur ut eſt uirtutibus cœleſtibus primò multiplicatis per ſuperiores & inferiores, & omnes imagines & circulos quos duodecim ſigna cum ſtellis ſuis diſtribuunt ſuper orizontem rei illius cui infunditur forma, et ſecundo ſecundum quod ad eam operantem ſunt uirtutes elementales erit ipſa forma multiplex ualde ſecundum potentias naturales ſuas quæ circunſtant eſſentiam ſuam ſimplicem, & ſic multorum efficientium erit effectiua, licet fortè unicam habeat propriam operationem. Non enim poteſt dici uirtutes cauſarum per aliquid non manere in effectibus. Et hoc eſt quod ferè omnis res non ad unicam tantum, ſed ad multa ualet, quando ſuæ ſciantur operationes. Comparata uerò ad illud cuius eſt forma, hoc eſt, ad materiam eſt potentior & impotentior, ſecundum quod bene dicit Hermes, & de hac cauſa lapides eiuſdem ſpeciei inueniuntur potentiores et minus potentes in effectibus ſuis. Fortè etiam inueniũtur aliqui nullum omnino ſpeciei habere effectum propter confuſionem materiæ ſicut homo nullam habet operationem humanam ſecundum quod eſt homo, licet enim ſpecies ſecundum rationem non participetur ſecundum magis & minus, ſecundum tamen eſſe & principium actionum ſecundum magis & minus ineſſe uidemus ſpeciem ferè omnibus rebus. Et ideo in his quæ ſpeciẽ conſequũtur uirtutib. inueniuntur efficaciores res uel minus efficaces, uel oĩno impoſſibiles ad operationes quæ fiunt

per

per uirtutes ſpeciem ſecundum naturam conſequentes. Et *ad memoriam huc reuocandum quæ in.ij.* Metheo.*dixi mus, lapidum ſpecies ad indiuidua quodammodo eſſe mortalia, ſicut & homines & extra loca generationis ſuæ diu contenti corrumpuntur, & non niſi equiuocè retinent nomen ſpeciei, licet in figura & colore eorum hoc non niſi per longiſsimum tempus poſsit deprehendi.* Et *ſicut in animalium factura & in complexione aliquando tanta eſt diſcraſia quòd animam hominis non attingit ſed ſolum qualemcunque hominis figuram.* Ita *etiam eſt in lapidum generatione, aut propter inordinationem materiæ, aut propter uehementiſsimas uirtutes cœleſtium in contrariū mouentes, ſicut diximus in ſecundo noſtro phyſicorum.* Hæc *igitur & tanta de uirtutibus lapidum dicta ſunt in communi &c.*

TRACTATVS SEcundus Libri Secundi, de lapidibus nominatis & eorum uirtutibus.

De lapidibus incipientibus ab A. Cap. 1.

SVPPONAMVS *autem nomina præcipuorum lapidum, & uirtutes ſecundum quòd ad nos aut per experimentum, aut ex ſcripturis authorum deuenerunt.* Non *autem omnia quæ de eis dicuntur referemus eo quòd*

ad ſcientiam non prodeſt. Scientiæ enim naturalis non eſt ſimpliciter narrata accipere, ſed in rebus naturalibus inquirere cauſas. Vt autem in Latina lingua competētius ordo ſeruetur ſecundum ordinem alphabeti proſequamur nomina lapidum & uirtutes eorum, eo modo quo mos eſt medicis deſcribere ſimplices medicinas. In 1. cap. ergo ab a incipientes nouem famoſi apud philoſophos inueniuntur lapides, Abeſton uidelicet Abſintus, Adamas, Agathes, Alabandina, Alectorius, Amandinus Ametiſtus, & Androſmanta.

Abeſton autem coloris eſt ferrei, qui ſecundum plurimum in Arabia inuenitur, cuius uirtus mirabilis narratur, & in templis deorum eſt manifeſta, eo quod ſemel accenſus uix unquam poterit extingi, eo quòd naturam habet lanuginis quæ uocatur pluma ſalamandræ cum modico humido unctuoſo pingui inſeparabili ab ipſo, & illud fouet ignem accenſum in ipſo.

Adamas autem ſicut ſuperius fecimus mētionem lapis eſt duriſſimus, parum criſtallo obſcurior, coloris tamē lucidi fulgentis adeo ſolidus, ut neque igne ferro molleſcat uel ſoluatur. Soluitur tamen & molleſcit ſanguine & carne hirci, præcipuè ſi hircus aliquandiu ante biberit uinum & petroſilium uel ſilermontanum comederit, quia talis hirci ſanguis etiam ad frangendum lapidem in ueſica ualet infirmis de calculo. Soluitur etiam lapis iſte, quod mirabilius uidetur plumbo propter multum argentum uiuum quod eſt in ipſo. Hic aūt lapis penetrat ferrum et cæteras

gemmas

gemmas omnes præter calibem in quo retinetur. Nõ trahit autem ferrum eo quod ſit proprius locus generationis eius ut quidam mendoſe dixerunt. Maior autem quantitas iſtius lapidis ad hoc inuenta eſt magnitudo auellanæ. Naſcitur autem in Arabia & Cipro, ſecundum plurimum, ſed Ciprius eſt magis mollis et obſcurus. Et quod mirabile uidetur multis hic lapis quando Magneti ſupponitur ligat Magnetem & non permittit ipſum ferrum trahere. Maior autẽ uirtus eſt in auro uel argẽto uel calibe. Dicuntq́; magi quod lacerto ſiniſtro alligatus ualet contra hoſtes et inſaniam, & indomitas beſtias, & feros homines, & contra iurgia & rixas, & contra uenena & incurſus fantaſmatum & incuborum. Hunc autem lapidem dyamantem etiam quidam uocant, etiam quidam ferrum attrahere mentiuntur.

Abſinthus eſt de genere gemmarum coloris nigri rubeis uirgulis, & aliquando guttulis. Huius autem uirtus uidetur eſſe imitans abeſtino, abſinthus enim permanet calidus per ſeptem dies uel amplius propter eandem cauſam quæ dicta eſt de abeſtino lapide,

Agathes autem lapis eſt niger cum albis uenis, & quo dammodo iſtius ſpeciei lapidis inuenitur alius modus eiuſdem ſpeciei qui eſt ſimilis corallo. Et tertiũ genus quod ſecundum plurimum in Creta inſula naſcitur, quod habet in nigro uenas croceas. Et quartum genus indicum eſt uarium quaſi ſanguineis guttis reſperſum. Et primum quidẽ genus aptum eſt ad formas quæ lapidibus inſculpuntur.

propter quod plurimi lapides habentes capita regum inſculpta nigri ſunt, & cum iacet ad caput dormientis fertur oſtendere multa ſimulacra ſomniorum. Tertium autẽ *genus quod creticum eſt, facit ut ait* Auicen. *uincere pericula & uires cõfert corporibus,* gratum & placentem fa*cit ut dicit* Euax rex Arabum, *&* perſuaſorem & colo*ris boni facit hominem & facundum, & munit eum contra aduerſa. Genus autem* Indicum *uiſum fouet, & ualet contra ſitim & uenenum, cum autem accenditur odoriferum eſt ualde.*

Alabandina à loco in quo ſecundum plurimum generatur ſic uocatur, hoc eſt ab Epheſo *quæ* Alabandia *uocatur alio nomine, eſt autem ruborem habens fulgentem, & eſt lapis clarus ferè ut ſardinus.*

Alectorius eſt gemma quæ uocatur lapis galli, & eſt albus nitens criſtallo obſcuro ſimilis. Extrahitur *autem ex uentriculo gallinacij poſtquam fuerit ultra quartum annum, & quidam dicunt quòd poſt nonum extrahitur & eſt melior qui extrahitur gallo decrepito. Maxima autẽ huius quantitas eſt accedere ad quantitatem fabæ.* Virtus *autem eius eſt excitare uenerem, gratum, et conſtantem, uictorem, & diſcretum facere, oratoriam tribuit facultatem amicos conciliat, & tentus ſub lingua ſitim extinguit uel reprimit, & hoc ultimum expertum eſt.*

Amandinus uerò gemma eſt coloris uarij, dicit autem Euates *quòd uenenum omne aut extinguit aut reprimit, et uincere facit aduerſarios & prophetiam & interpretationem*

tionem ſomniorum facit intelligi, & etiam ænigmatum.

Ametiſtus eſt gemma multum communis & nota, coloris purpurei & tranſparentiæ aliquantulum obſcure, & in ueniuntur in iſta ſpecie multæ differentiæ, ſed quinque ſunt magis notæ per differentias obſcuritatis omnes acceptæ, naſcitur autem in hac ſpecie in India, eſt autem melior ad ſculpendum, eo quòd alijs eſt minus durus. Operatur autem contra ebrietatem ut dicit Aaron, & facit uigilem, et malas reprimit cogitationes, & bonum in ſcibilibus confert intellectum.

Andromanta lapis eſt coloris argentei, qui ſecundum plurimum in mari rubro naſcitur, & eſt aut quadratus ut teſſera, & durus ſicut adamas. Virtutem habet contra furorem & facilem animi concitationem, & triſtitiam & grauitatem.

De incipientibus à litera B. Cap. 2.

BAlagius qui & palacius dicitur, eſt gemma coloris rubei, ualdè lucidæ materiæ & ſubſtãtiæ ualde trãſparẽtis, & dicitur fœmina carbunculi habens debilem colorem, & uirtutes eius remiſſas, ſicut fœmina ſe habet ad marem, & quidam dicunt quòd eſt domus eius, & ideo palacium carbunculi uocatur. Generatur enim frequenter carbunculus in loco iſto et iam uiſum eſt hoc noſtro tempo tempore quod in lapide uno exterior pars fuit balagius,

& interior carbunculus, propter quod Ariſtot. hunc lapidem dicit eſſe de genere carbunculi.

Dicunt etiam quidam quod lapis qui uocatur borax à quodam buſone dicitur ſic quod in capite ipſum portat, et eſt duorum generum, unum album, aliquantulum fuſcum, aliud nigrum, quod ſi uiuo palpitanti buſone extrahitur, in medio habet oculum quaſi ceruleum, de quo dicūt quod glutitus ſordes purgat inteſtinorum & ſuperfluitates, & tēporibus noſtris extractus eſt de buſone paruus uiridis. Aliquos etiam uidimus buſones habentes in ſe depictos qui de hoc genere dicebantur, uulgariter autem crapodine dicuntur hi lapides.

Berillus autem eſt lapis coloris pallidi lucidi tranſparentis, & ideo ſuperius diximus quando inuoluitur in eo uidetur moueri aqua, ſecundum plurimum generantur in India, ſicut multæ aliarum gemmarum. Sunt autem multa genera & modi in ſpecie lapidis iſtius, ſed melius eſſe fertur qui magis pallet, & plures habet guttas, quæ uidentur in ipſo manere. Fertur autem operari contra pericula hoſtium & contra lites, & reddere inuictum. Mitem etiā in moribus dicitur efficere & ingenium bonum dare. Medicorum etiam quidam dicunt quod ualet cōtra pigritiam & epatis dolores, & contra ſuſpiria & eructationes, & quod ualet oculis humidis. Expertum eſt enim quod quando rotundatum eſt oculo ſolis opponitur, adurit ignem accendit. Dicunt etiam Magi quod amorem in coniugio conciliat inter maritum & uxorem.

De

De incipientibus à litera C. Caput 3.

CArbunculus qui græcè antrax & à nonnullis rubinus uocatur lapis perlucidiſſimus & rubicundiſſimus & ſolidus eſt habens ſe ad alios lapides ſicut habet aurum ad cætera metalla, hic plus omnium aliorum lapidum uirtutes habere dicitur, ſicut & ſuperius diximus. Specialis tamen effectus eius eſt uenenum aereum & uaporoſum fugare, & quando uerè bonus eſt, lucet in tenebris ſicut carbo, & talem uidi ego. Quando autem minus bonus eſt & tamē uerus emicat in tenebris ſuperfuſa aqua clara & limpida in uaſe nigro mundo polito. Qui autem nullo modo lucet in tenebris hic non habet nobilitatē perfectam. Secundum autem plurimum ſui inuenitur in Libia & licet habeat plures differentias, ut ait Euax, qui dicit eum habere undecim ſpecies, tamen Ariſtot. ut Conſtan. refert dicit eum habere tres ſpecies, quas ſupra numerauimus, ſcilicet balagium granatum & rubinū, & quod multi mirantur dicit in eis præcellere granatum qui tamen minoris ualoris apud gemmarios extimatur.

Calcedonius autem lapis eſt pallidus fuſcus aliquantulum obſcurus, hic ſi perforatur & cum uirtute lapidis qui ſineris dicitur collo ſuſpendatur, dicitur ualere cōtra illuſiones fantaſticas ex melācholia exortas. Facit etiā conuincere cauſas & uirtutes corporis conſeruat, & hoc ultimum eſt expertum.

Calcaſunos lapis eſt nigri coloris, cuius uirtus uocem clarificare dicitur, & raucedini mederi.

Ceraunius lapis eſſe fertur criſtallo ſimilis, infecto colore ceruleo, qui dicitur cadere aliquando de nube cum tonitruo & inuenitur in Germania & Hiſpania, ſed Hiſpanus eſt candens ut ignis, prouocat dulces ſomnos ut dicunt, & ad prelia & cauſas uincendi & cõtra periculum tonitrui dicitur operari.

Cælidonius duas habet ſpecies, unus eſt niger, alter ruffus inuenitur, & trahuntur aut ambo de uentre yrundinis. Ruffus autem inuolutus panno lineo uel corio uitulino & ſub ſiniſtra aſſella geſtatus dicitur ualere contra inſaniam, & antiquos languores & lunaticam paßionem. Et Conſtantinus dicit eum ualere contra epilepſiam prædicto modo geſtatus. Euax autem refert quòd facundum gratum & placentem reddit. Niger autem ut Ioſeph dicit contra nociuos humores & febres & iras operatur & minas. Et lotus aqua oculos ſanat, ad finem etiam incœptum perducit negocij, & ſi inuoluatur folijs cælidoniæ hærbæ dicitur obfuſcare uiſum. Sunt autem hi lapides parui ualde, & tales iam uidimus per ſocios noſtros de ſtomacho yrundinum extractos in menſe Auguſti, tunc enim abſtracto magis ualere dicuntur, ut frequenter autem ſemper duo ſimul in una yrundine inueniuntur.

Celontes lapis eſt purpurei coloris, & dicitur in corpore teſtudinis inueniri, quia quædã ſunt maximè teſtudines habẽtes domos quæ ſunt ſicut margaritæ nitẽtes.

Dicitur

Dicitur autem apud diuinatorem quòd facit eum qui geſtat euomere ſub lingua, hanc autem uirtutem non dicitur habere niſi cum luna primò eſt accenſa & creſcens & monoydes. Et iterum cum eſt uigeſimanona monoydes in ultimo decreſcens, dicitur autem hic lapis ab igne nõ corrũpi.

Cegolites lapis eſt in colore & quantitate ſimilis oßi oliuę, de quo referunt quod eſt expertum, quòd diſſolutus in aqua & raſus & ſic hauſtus dißipat lapidem in renibus & ueſica.

Corallus lapis eſt duarum ſpecierum à mari ſicut ſuperius diximus extractus, & præcipuè à mari quod eſt circa Maßiliã, una eius ſpecies eſt rubea, ſicut ebur antiquũ alia uerò alba figuratur ad modum ramuſculorum plantarũ, de quo expert eũſt quod ualet contra quẽlibet fluxũ ſanguinis. Dicitur etiam collo ſuſpenſus ualere contra epilepſiam, & contra operationes menſtruorum, & contra tempeſtates fulmina & grandines. Et ſi pu'uerizetur & ſuper hær bas & arbores aſpergatur cũ aqua fertur fructus multiplicare. Referunt etiam quod principia expedit & fines negociorum,

Cornelius autem quem quidam corneleum dicũt lapis eſt coloris carnei hoc eſt rubei, abſcinditur ſicut lotura carnis, hic apud rhenum flumen inuenitur frequentißimè & eſt ualde rubeum habens ferè colorem ſicut minium, et quando politur multum micat. Expertum autem eſt quod conſtrigit ſanguinem, & præcipuè menſtruorum & hemoroidarum, fertur etiam iras mitigare.

Criſopaſſus lapis ab India ueniens, & rarò inuenitur, propter quod & carus extimatur. In colore etiã eſt quaſi ſit ex ſucco piri coagulatus, habens auri guttas intrinſecas propter quas & tale nomẽ accipit, & Chriſos aurũ ſonat in Græco, & multã ſimilitudinẽ habet cũ Chriſolito.

Chriſolitus lapis eſt in colore habens tenuem uiriditatem lucidam in qua ad oculum ſolis micat ſicut ſtella aurea & non eſt rarus, dicitur autem uenire de Aethiopia. Expertum autẽ eſt quod ſpiritualia confortat, propter quod tritus aſmaticis datur. Fertur etiam quod perforatus & ſetis aſini in foramine repletus & brachio ligatus ſiniſtro fugat terrores melancholicas paſsiones, & hoc dicitur in phyſicis ligaturis, & in auro etiam poſitus & geſtatus fugat fantaſmata ut dicunt, ſtultitiam etiam repellere, & ſapientiam conferre perhibetur.

Criſtallus lapis eſt qui aliquando fit ui frigoris ut dicit Ariſtot. aliquando autem in terra, ſicut ſæpe experti ſumus in Germania, ubi multi inueniũtur, uterque autem modus generatiõis facilè ex ſuperioribus erit manifeſtus. Hic frigidus oculo ſolis oppoſitus ignem eijcit, ſed ſi calidus ſit hoc perficere non poteſt, cuius rationem dedimus in libro de cauſis proprietatum elementorum & planetarum. Dicitur etiam ſitim reſtringere ſub lingua poſitus, et expertum eſt quòd tritus cum melle mixtus receptus à mulieribus replet ubera lacte.

Criſolitus gemma eſt coloris aurei, & in horis matutinis uſu pulcherrimus eſt. In alijs autem horis diſsimilis, ab

igne

igne autem corrumpitur & fugatur, ut quidam dicunt inflammatur, & ideo timere ignem dicitur. Dicunt autem *quidam quòd aliud eſt genus iſtius lapidis quod eſt lapidis ignobilis ſubſtantiæ incorporatum, & hoc non eſt uerum ſed hoc eſt marchaſita aurea quæ medium quodammodo eſt inter metalla & lapides, ſicut nos in ſequentibus oſtendemus.* Dicitur *autem tertium genus iſtius lapidis eſſe colore medium inter ceruleum & rubeum, uniuerſaliter autem dicitur hic lapis tritus ſcabiem curare, & ulcera.* In *manu geſtatus calorem febris mitigare habet.*

Criſopagion *gemma eſt ab* Aethiopia *ueniens, hic dicitur lucere in tenebris & euaneſcere à lumine ſuperueniente, ita quòd non retinet niſi colorem habētem obſcuro & quaſi ſubtenui colore operti auri, & fit in ipſo ſecundum diuerſitatem luminis & tenebrarum reciprocatio coloris non determinati, uelut in quercu putrefacta & noctiluca.* De *omnibus autem his in lib. de anima dabimus rationem perfectam & ueram.*

De nominibus lapidum à quarta litera quæ eſt D. incipentium. Caput 4.

F*Ertur autem quidam lapis dæmonis uocari lapis bicolor, ut arcus dæmonis qui Yris uocatur.* Et con*ferre hunc dicunt febricitantibus, & uenenoſa pellere,*

& tutum & uictorem reddere. Eſt autem demon dictum quod græcè intellectus uel ſtellā claram ſcintillantē ſonat.

Dyacodos autem lapis pallidus dicitur eſſe aliquantulum berillo ſimilis, dicitur autem in tantum fantaſmata excitare, quòd magi maximè hoc utuntur, tamen applicatus defuncto in tantum uires amittit quòd mortem horrere perhibeatur. Horū autem ratio quæ poteſt haberi ex libris magorum Hermetis & Ptolomei, Thebith, Bencherath habetur de quibus non eſt præſens intentio.

Dioniſia lapis eſt niger ut ferrum intermicans rubeis guttis & ſpirat uinum, & de odore ipſius, uini fugatur ebrietas, quod mirabile multis apparet. Cauſa autem, quia uinum non odore ſed uapore opilādo inducit debilem ebrietatem, lapidis autem odor ſimplex aperitiuus eſt & expulſiuus uaporis uini.

Draconites autem lapis eſt à capite draconis extractus, et fertur ab oriente ubi ſunt dracones magni. Eſt autem uirtus efficax eius ſicut & boracis, quando de uiuo dracone adhuc palpitante extrahitur. Inſidiatur autem draconibus dormientibus, & ſubito ſciſſo capite draconis adhuc palpitante euellunt lapidem. Animæ enim actus multa cōfert his etiam ſuperfluitatibus quæ generantur in animalibus, & mortis corruptio alterat ea quando naturali morte corruptis humoribus moriuntur, uel quando mortua & corrupta occiſa iacuerunt. Ego autem in partibus Alamaniæ in Sueuia uidi lapidem ſuper quē conuenerant pluſ quam quingenti ſerpentes inter montes in quodam prato,

& cum tranſitum faceret ibidem dominus terræ ſui milites euaginatis gladijs ſcinderunt ſerpētes in multa fruſtra in fundo tamen quidā magnus ſerpes iacuit in multas partes ſciſſus, & ſub capite ſerpentis inuentus eſt lapis niger formatus ut pyramis abſciſſa, non perlucidus in circuitu colore pallido, pulcherrimum habens deſcriptum ſerpentem. Et *hunc lapidem mihi ab uxore illius nobilis præſentatum cum capite ſerpentis eiuſdem ego habui.* Dicitur *autem uenenum fugare, præcipuè quæ ſunt ex inceſſibus uenenatorum animalium, uictores etiam dicunt efficere.*

De incipientibus a litera E Cap. 2.

E*Thites gemmarum optima eſt coloris punicei, & uocatur à quibuſdam aquileus, & ab alijs erodialis eo quod aquilæ hunc aliquando ad nidum ſuum iuxta oua collocantes eundem ſicut grus inter duo oua quæ facit lapidem collocari.* Iam *enim experti ſumus ad ſenſum in* Colo*nia, ubi grues fœtus fecerūt multis in annis in quodam horto.* Inuenitur *autem ethites ſecundum* Plinium *ſui generis iuxta littora oceani, ubi etiam optimum genus eſt* Herodio*rum qui ſunt* Herodes *auium, dicitur autem in* Perſia *aliquando inueniri.* Eſt *autem modus eius quod in ſe continet alium lapidem, qui in ipſo ſonat quando manu mouetur, & quaſſatur.* Fertur *autem quod ſuſpenſus ſiniſtro lacerto confert pregnantibus, impedit aborſum, & periculum*

parturitionis mitigat. Et *aiunt quidam quod caducorum hominum prohibet frequentem caſum.* Et *quod his mirabilius eſt tradunt* Caldæi,*quod ſi de miniſtratione ueneni cibus aliquis ſuſpectus fuerit poſitus in cibo prohibet ne poßit glutiri cibus ille,& ſi lapis ſubtrahitur mox deglutitur. Quare autem aquilæ hunc lapidem nido ſuo imponant non ſatis ſcitur.* Experti enim ſummus *grues non obſeruare cuius generis lapidem inter oua ſua ponant,ſed ponunt modo unum & in alio anno unum alium.* Dicunt autem *quidam quòd faciunt hoc ad mitigandum calorem ouorum uel corporis aquilæ ne oua nimis calefiant, & hoc eſt probabile. Quidam tamen dicunt aliquid conferre ad eorum formationem & uiuificationem. Quod autem quidam dicunt quòd lapis ab his auibus interponitur ouis,ne frangãtur,omnino falſum eſt, quia citius ad lapidem quã ad ſe ipſa colliſa frangerentur.* Aiunt *etiam quidam quòd ſi aliquis ſuſpectus habetur de miniſtratione ueneni quòd ſi in cibo eius quocunque lapis immittitur, ſtatim ad cibũ ſtrangulatur & quando ſubtrahitur glutit cibũ ſi eſt reus & ſi eſt innocens glutit cibum in quo lapis miſſus eſt.*

Eliotrophia *lapis eſt uiridis ferè ſmaragdo ſimilis,reſperſus ſanguineis guttis, hunc eliotropiam dicunt eſſe uocatum* Magi,*& gemma* Babylonica, *quia ſi ungatur ſucco hærbæ eiuſdem nominis & in uas aqua plenum remiſſus facit ſanguineum ſolem uideri ſicut ſi pateretur eclypſim. Cuius cauſa eſt quia totam aquam ebulire facit in nebulam quæ inſpiſſando aerem impedit ſolem uideri,niſi quaſi*

ſi quaſi in rubore & ſpiſſa nube rorando, poſtmodum autem deſcendit illa nebula rorando ſicut per guttas pluuiæ. Oportet autem quòd quodam carmine ſacratus ſit, & quibuſdam caracteribus mixtus, & ſi tunc auruſpices præſentes ſint diuinando quædam prædicunt, propter quod templorum pontifices iſto lapide utebantur, & maximè in feſtis ydolorum. Dicitur autem reddere hominem bonæ famæ & incolumen, & longæ uitæ, & contra fluxum ſanguinis & uenena ualere. Dicitur etiam quòd unctus hærba ſui nominis ut prædiximus uiſum fallit in tantum ut hominem prohibeat uideri. Inuenitur autem ſæpe in Aethiopia, Cipro & India.

Emathites lapis eſt inuentus in Affrica, & in Aethiopia & Arabia, ferruginei coloris, habens uenas ſanguineas immixtas. Virtus autem eius eſt ualdè ſtiptica, propter quod expertum eſt quod ualet contra fluxum ueſicæ uentris & menſtruorum, quando contritus in aqua mixtus bibitur, ſanat etiam fluxum ſaliuæ ſanguineæ, uino etiam permixtus, puluis eius ſanat ulcera & uulnera, & carnem etiam ſuperfluam in uulneribus natam corrodit. Et uiſus hebetudinem ex humida cauſa confortat & ſanat & temperat aſperitatem palpebrarum.

Etyndros lapis eſt Chriſtallo in colore ſimilis, qui perpetuis guttis diſtillat, quæ febricitantibus ualere dicuntur & tamen lapis non minoratur nec corrumpitur. Cauſa autem huius eſt profectò quia ex ſubſtãtia lapidis iſtæ guttæ nequaquã diſtillant ſed propter nimiã frigiditatẽ aerem

ſe tangentem continuè mutat in aquam, ſicut faciunt duri lapides, & politi poſt reſolutionem frigoris.

Epiſtrites *lapis eſt natus in mari, rutilans & rubicundus, in cantionibus autẽ ex phyſicis ligaturis dicitur, quod ante cor geſtatus tutum hominem ſeruat, & compeſcit ſeditiones, & compeſcere etiam dicitur locuſtas, & uolucres & ſteriles nebulas, & grandinem & tempeſtates à fructibus terræ cõpeſcere fertur.* Expertum etiã *eſt quod oppoſitus oculo ſolis ignem & radios igneos emittit.* Dicitur *etiam quod ſi hic lapis in aquam feruẽtem proijciatur ceſſat ebulitio eius, & poſtmodum frigeſcit.* Cauſa *autem huius alia eſſe non poteſt, niſi quod pro certo frigidiſſmus eſt, & motus à calore bulientis aquæ frigiditas ſuæ complexionis agere incipit.*

Exacolitus *autem lapis eſſe dicitur uarius & diſſolutiuus ut dicunt periti medicorum, propter quod uino per mixtus & potatus dicitur contra cholicam & iliacam ualere paſſiones.*

Exacontalitus *autem lapis eſt ſexaginta coloribus diſtinctus, paruæ quantitatis ualdè qui frequẽtius in* Libia *iuuenitur, et apud* Troglodit*as, et nocet neruis ualdè, propter quod etiam oculos hominis dicitur efficere tremulos.*

De incipientibus à litera F
Cap. 6.

F*Alcones quod alio nomiue* Arſ*enicum uocatur, & à uulgo auripigmentum idem ſignificat,* Eſt *autem de genere*

genere lapidum Citrinum & rubeum quem lapidem unũ de ſpiritibus uocant alchimici, habet autem naturam ſulphuris in calefaciendo & deſiccando, & cum calcinatur per ignem nigrum efficitur, & ſtatim ſublimatione efficitur albiſſimum. Et ſi iterum calcinetur iterum efficitur nigrum, & iterata calcinatione efficitur albiſſimum, & cũ hoc ter uel quater iteratur in ipſo tantum efficitur aduſtiuum, quod æri cõpoſitum ſtatim facit foramina per ipſum, & exurit uehementer omnia metalla præter aurum ſolum, appoſitum autem æri ipſum in album colorem tranſmutat, propter quod falſarij utuntur ipſo quando æs uolũt facere ſimile argẽto, quia magnũ in hoc habet effectũ.

Ferunt etiam gemmarij quod gemma quæ uocatur Filacterium *eadem ſit cum* Chriſolito *& eiuſdem uirtutis.*

De incipientibus à litera G. Cap. 7.

G*Agates eſt* Catabre, *quem quidem lapidem de genere gemmarum ego reputo.* Inuenitur autem *in* Libia *&* Britannia *iuxta littus maris, & abundanter inuenitur in mari quod attingit aquilonem partẽ* Teutoniæ. E*tiam in* Anglia *frequenter inuenitur, & eſt duplicis coloris, nigri uidelicet & crocei, ſed croceum eſt perlucidũ ferè ſicut* Topaſion. *Inuenitur etiam glaucum & declinans ad pallidum coniunctum cum citrino colore. Confricatum autem trahit paleas, & incenſum ardet ſicut thus,*

Dicitur autem quod confert hydropicis, et fluidos firmat dentes ut aiunt. De expertis autem eſt quod lotum cum aqua & per ſuffumigationem mulieribus inferius ſuppoſitum prouocat menſtrua. Fertur etiam quod fugat ſerpentes, & ualet etiam contra ſtomachi & uentris ſubuerſionem, & contra fantaſmata melancholica quæ quidam dæmones uocant. Aiunt autem de expertis eſſe quod ſi colatura & eius lotura cũ raſura detur uirgni bibita quod retinebit eam quod non mingit, ſi autem non eſt uirgo ſtatim mingit, & ſic debet probari an aliqua ſit uirgo. Dicunt etiam ualere contra laborem parturientis.

Gargatronica eſt lapis diuerſi coloris ſicut pellis Capreoli. *Cuius uirtutem* Auicenna *dicit eſſe quòd uictores reddat ſe geſtantes.* Expertum autem dicũt eſſe in Alchide principe quodam quod quoties hunc lapidem ſecum habuit, ſemper uicit in terra et mari, quoties autem caruit fertur hoſtibus ſuccubuiſſe.

Geloſia dicitur eſſe lapis habens figuram grandinis et colorem, duritiæ Adamãtis *ſimilis.* Et *tantæ fertur hunc eſſe frigiditatis ut ab igne uix uel nũquam calefieri poſſit. Cuius cauſa eſt nimia pororum conſtrictio, non permittens inde ignem ingredi. Aiunt etiam hunc iram & luxuriam & cæteras huiuſmodi calidas paſſiones, & deſyderia mitigare.*

Galaricides quam quidam Galarictidem *uocant lapis eſt ſimilis cineri, & ſecundum plurimum inuenitur in* Nilo et Acoleo *fluuijs, hic tritus dat ſaporem lactis, et ſuccus eius*

tus eius in ore clauſus turbat mentem. Dicitur *etiam in libro de ligaturis phyſicis quòd alligatus collo replet ubera lacte, & alligatus femori facit faciles partus.* Aiunt *etiam paſtores* Egypti *quòd ſi ueſpere contritus cum ſale mixta aqua ouile circunſpergatur, ubera ouium replentur lacte, & fugatur ab eis ſcabies, genereraliter etiam dicitur contra ſcabiem ualere.*

Gerachides lapis eſt ut fertur nigri coloris, probatur autem ueritas huius lapidis ſic quod geſtans lapidem totum corpus ſuum unctum melle muſcis & ueſpis exponit & ſi intactus manet ab eis lapis eſt uerus, & ſi deponat lapidem ſtatim muſcæ et ueſpæ ſuper mel cadunt et ſugunt. Aiunt autē quod in ore portatus facit bene iudicare opiniones & cogitationes. Fertur *etiam quod geſtantem ſe hominem amabilem & gratioſum reddit.*

Gecolitus lapis eſt ut fertur Orientis *oſsis oliuæ ſimilis. Cuius uirtutem eſſe dicunt quod tritus & cum aqua hauſtus lapidem frangit & educit de ueſica & renibus.*

Granatus ſicut Cōſtantinus & Ariſto. *refert dicere de genere eſt* Carbunculi. *Eſt autem lapis rubeus & perlucidus, in colore ſimilis balauſtijs qui ſunt flores malorum granatorum.* Eſt *autem rubeus aliquantulum obſcurior quam* Carbunculus, *& cum ſubſterniturei niger color in ſigillis tunc magis rutilat, & inuenitur in hoc genere quidam modus qui inter ruborem aſperſum habet uiolæ colorem, propter quod hoc genus uiolaceum dicitur, & eſt precioſior omnibus alijs* Granatis. Dicitur

autem letificare cor, & pellere triſtitiam, & ſecundum Ariſtot. eſt calidus & ſiccus. Et quod quidam dicunt hunc eſſe de genere Iacincti eſt falſum. Inuenitur autem hic lapis ſecundum plurimum eius in Ethiopia, & aliquotiens iuxta Tyrum inter arenas maris.

De incipientibus ab I litera. Cap. 8.

IAſpis eſt lapis multorum colorum, & habet ſpecies decem, melior tamē eſt uiridis, translucens rubeas habēs uenas, & in argento propriè locari habet, & in partibus multis inuenitur. Expertum enim eſt quod ſtringit fluxū ſanguinis & menſtruorum. Aiunt etiam quod negat conceptum & iuuat partum, & quod geſtantem ſe à luxuria prohibet. In magicis etiam legitur quod ſi incantatus eſt reddit gratum & potentem, & tutum, & fugat febres & hydropiſim.

Iacinctorū duo ſunt genera, aquaticus uidelicet & Saphirinus, aquaticus eſt flauus albeſcēs ac ſi peruium aquæ de ſubflauo perſpicuo erumpat, & ſuperare contendat, et hic eſt uilior, & inuenitur in iſto genere aqueſcens rubeus in quo etiam ſuperat peruietas aquæ. Saphirinus etiam eſt flauus ualde perlucidus, quaſi nihil habens aqueitatis, & hic eſt melior. Et ideo tria nomina habet, dicitur enim aliquando Iacinctus Saphirinus, in Aethiopia autem ſecundum plurimum inuenitur. Et quidam dicunt quartum eſſe

quod

quod eſt aquaticum ceruleum, ſicut Topaſion, *& hoc eſt duriſsimum uiliſsimum generaliter, qui in ſe ſculpere uix permittat.* De *expertis autem eſt quod eſt frigidus ſicut uiridis, & confortat orpora, ſicut omne frigidum quod cõſtringit uirtutes corporum.* In *ligaturis autem phyſicis eſt uſus eius quod collo ſuſpenſus uel digito geſtatus tutum reddit peregrinum & gratum hoſpitibus & eſt cõtra peſtiferas regiones. Et expertum eſt quod ſomnum prouocat propter ſuam frigidam complexionem. Saphirinus autem hoc ſpecialiter habere dicitur quod eſt uirtus eius contra toxicum. Aiunt etiam quod conferat ad diuitias & naturale ingenium bonum confert & lætitiam.*

Iena lapis eſt à beſtia quæ uocatur Hyena, *ſic dicta eo quod ex oculis eius cum in lapidem uertuntur tollitur, Aiunt tamẽ antiqui* Euax & Aaron *quod poſitus ſub lingua confert diuinando prædicere futura.*

Iris lapis eſt Criſtallo ſimilis, & eſt ut frequentius hexagonus. Dicit *autem* Euax *quod ab* Arabia *uenit, & in mari rubro naſcitur.* Nos *autem inuenimus maximã copiam horum lapidum in montibus* Germaniæ *qui ſunt inter rhenum fluuium & treuerenſem ciuitatem, & diuerſæ quantitatis omnes ſunt hexagoni. In albis autem lapidibus nati circumpoſitione lapidis cum naturaliter ſunt rotundi hexagoni efficiuntur, ſicut foramina apum in medio poſita hexagona efficiuntur, tamen illa quæ ſunt in extremis ſunt rotunda. Eſt autem lapis ſicciſsimus quod ſua indicat ſecabilitas maxima. Fit autem ex aqueo ſicco quod euadit*

de materia lapidis qui generatur ex rubeo luto, & quia hoc aqueum eſt uehemẽter à ſicco apprehenſum ſiccus & durus eſt ualde lapis. Cum autẽ ſub tecto ſoli pars eius immittitur, & pars in umbra tenetur proijcit reflectendo pulcherrimos colores yridis ſuper oppoſitum parietem, uel ſuper aliquod corpus, propter quod yris uocatur, cuius cauſa eſt ſuperius aſsignata. Aliud autem ſimile huic naſcitur in gipſo, quod etiam perſpicuum eſt in extremis & ſiccißimũ ualde, & utuntur eo quidã pro uitro in uitreis.

Iſcuſtos (ut fert Iſidorus & Aaron) ſimiliter eſt lapis, in ultimis Hiſpaniarum partibus frequentius inuenitur iuxta gades apud Herculis columnas, in tertio uel ſecundò climatibus ultra Hiſpaniam illam, quam modo Hiſpaniam uocamus. Eſt autem lapis filabilis propter uiſcoſitatem in eo areſactam, & ſi de ipſo ueſtis fiat non comburitur ſed igne purgatur & nitet, & fortè illud eſt quod pennam uocant Salamandræ, quare hæc lanugo quædam eſt ſicut lanugo lapidis humidi. Quare autem non cremetur in Metheoris expeditum eſt, huius ſpeciem quandam dicit eſſe quendam lapidem quem quidam uocant carbunculum album, & quidam alij calculum album. Imitatur enim Carbunculum in hoc quod fantaſmatibus & preſtigijs reſiſtit, ualet etiam contra dolorem oculorum ex humida cauſa et redactus in puluerem ſanat ſcabiem.

Iſidor. dicit de lapide Iudaico qui eſt albus ad modum glandis in quantitate ſcripturis quibuſdam inſertus, quaſi literis quas Græci gramas appellant. Iudaicum autem dicit

cit Auicen. hunc. quia frequentius in Iudæa inuenitur.

De incipientibus à litera K. Cap. 9.

KAlcabre eſt idem ut diximus quod Gagates, ſed tamen quidam dicunt quòd Kacabre melius eſt, cum tamen nec colore nec uirtutibus diſcrepet ab ipſo.

KaKabres autem lapis eſt ſimilis Criſtallo, de quo ferunt quod eloquentiam dat & honorem & gratiam, & ualet contra hydropiſim.

KaKaman lapis eſt frequenter albus in toto uel in parte. Varius enim eſt in colore frequentiſſimè inuenitur immixtus onichio. Virtus eius autem fertur eſſe ex imaginibus & ſculpturis quæ inueniuntur in ipſo, & ex ſigillis de quibus in ſequentibus habebitur tractatus.

De incipientibus à litera L. Cap. 10.

LIncuris lapis eſt qui fit ex urina lincis, & hæc animalia dicit Plinius eſſe Orientis, quæ tamē frequenter in Theutonia & Sclauonia inueniuntur abundāter in ſyluis. Dicit etiam Plinius quod hoc genus animalis urinā ſuam ſub arenis abſcondit quaſi inuideat iuuamentum quod eſt ex lapide. Dicit autem idem Plinius quod eſt rubeus ſcintillans ut Carbunculus, præter hoc quod nō lucet

de nocte. Inuenitur autem frequentius croceus parum tendens ad nigredinem. Et eſt expertum de ipſo quod fricatus trahit paleas quod ferè conuenit omni lapidi precioſo. Dicitur etiam ualere contra dolorem ſtomachi & ictericitiam & fluxum uentris.

Lippares dicitur eſſe lapis qui frequẽtius in Libia inuenitur. Fertur aũt lapidis uirtus eſſe mirabilis, omnis enim beſtia à uenatoribus & canibus infeſtata currit ad eum, et ipſum intuetur quaſi patronum. Et ut aiunt canes & uenatores noſcere non poſſunt beſtiam quamdiu lapidem habent præſentẽ, quod ſi uerũ eſt mirabile eſt ualde, & abſq; dubio cœleſti uirtute deputandum, quas Hermes mirabiles eſſe dicit in lapidibus & etiam in plantis, per quas etiã naturaliter fieri poſſet, quicquid ſcientijs magicis ſi uirtutes illæ bene cognoſcerentur.

De incipientibus ab M litera quæ eſt. 11. Cap. 11.

MAgnes ſiue Magnetes lapis eſt ferruginei coloris qui ſecundum plurimum in Mari Indico inuenitur, & in tantnm abundare dicitur quod periculoſum eſt in eo nauigare nauibus quæ ferreos clauos habent. Inuenitur etiam in Tragonitidis regionibus. Ego uidi inueniri in partibus Theutoniæ in ea prouincia quæ Frãcia Oriẽtalis uocatur, unum magnæ quantitatis & maximè efficatiæ & fuit ualde niger, ac ſi eſſet ferrum rubiginoſum

& com-

& cōbuſtum cum pice. Virtus autem eius eſt mirabilis in attractione ferri, ita quod uirtutē eius tranſmittat in ferrū, ut illud etiā attrahat, & aliquādo multæ acus hoc modo ſuſpenſæ ad ſe inuicem uidētur. Vnctus autē lapis alleo non trahit, & ſi ſuperponitur ei Adamas iterum non attrahit, ita quod paruus Adamas magnū ligat Magnetē. Inuentus autē eſt noſtris tēporibus Magnes qui ab uno angulo traxit ferrū & ab alio fugauit, & hunc Ariſtot. ponit aliud genus eſſe Magnetis. Narrauit mihi quidam ex noſtris ſocijs curioſus experimētator quod uidit Federicum Imperatorem habere Magnetem qui non traxit ferrum, ſed ferrum uiceuerſa traxit lapidem. Ariſto. dicit quod eſt quoddam genus aliud Magnetis quod trahit carnes hominis. In magicis autem traditur quod phātaſias mirabiliter commouet, principaliter ſeu præcipuæ ſi conſecratus obſecratione & caractere ſit, ſicut docetur in magicis. Ferūt etiam hunc cum mulſa acceptum curare hydropiſim. Aiūt etiam hunc lapidem capite mulieris dormientis ſuppoſitū ſtatim eam mouere ad amplexum mariti ſui ſi caſta eſt, ſi autem eſt adultera præ nimio timore phantaſmatum dicitur cadere de lecto. Dicunt etiam quod fures in domum intrantes poſitis carbonibus in quatuor angulis domus lapidem hunc contritum ſuper ſpergunt, & tunc dormientes in domo ita phātaſmatibus tenentur quod fugientes ædes reliquunt, & tunc fures furantur quid uolunt.

Margarita lapis eſt in obſcuris conchilibus inuentus, meliores ab India ueniunt. Multi autem à Britānico mari

quod nunc Anglicum dicitur, & uerſus Flandriam & Theutoniam inueniuntur, ita quod ego habui in ore meo decem in una menſa quæ in comedendo oſtrea inueni. Iuuenes enim conchæ habent meliores. Quædam autem ex eis perforatæ ſunt, & quædam integræ, coloris ſunt, ac ſi parua lux penetraret in multum album, & ideo nitent cum tamen ſint albæ. Fertur etiã quod in tonitru quaſi abortiendo eas oſtreæ euomunt, & ideo in flumine inueniuntur, in moſella & quibuſdam Galliæ fluuijs inter arenas. Eſt autem uirtus earum experta ad confortationem ſpirituum et contra animæ deliquium & ſyncopim, ualet etiam contra fluxum ſanguinis, & contra fluxum lientericum, & contra dyariam.

Medus lapis eſſe dicitur qui à regione Medorum, ubi plures inueniuntur, ſic uocatur. Sunt autem duæ ſpecies huius, unus niger, alter uiridis. Virtutem eius eſſe dicunt contra ueterem podagram & oculorum cæcitatem & nephreticam, refouere etiã dicitur feſſos & laſſos & debiles. Ferũt autẽ quod eius qui niger eſt ſi fragmẽta in aqua calida reſoluta fuerint, & ſi aliquis illa aqua lauerit incurrit mẽbrorũ excoriationẽ & ſi biberit ex eo peribit uomẽdo.

Melochites quem quidam melonitem uocant lapis eſt Arabicus, groſſæ uiriditatis, ſed non translucidus ſicut ſmaragdus, & eſt mollis. Fertur autem quod uirtutem habet cuſtodiendi geſtantem ſe à nociuis caſibus, & ſimiliter cunabula infantium.

Memphites lapis eſt à ciuitate Egypti quæ Memphis uocatur

uocatur ſic dictus, qui dicitur ut ignis calere uirtute quidē quod uidetur actu hic tritus & aqua mixtus in potu datus urendis uel ſecandis, quia inducit inſenſibilitatem ne ſentiatur cruciatus.

Magneſia quē quidā Magnoſiam uocāt, lapis eſt niger quo frequenter utūtur uitrearij, hic lapis diſtillat & fluit in magno & forti igne & non aliter, & tunc immixtus uitro ad puritatem uitri deducit ſubſtantiam.

Marchaſita ſiue Marchaſida ut quidam dicunt eſt lapis in ſubſtantia, & habet multas ſpecies, quare colorem accipit cuiuslibet metalli, & ſic dicitur Marchaſita argentea & aurea & ſic de alijs. Metallum tamen quod colorat eum nō diſtillat ab ipſo, ſed euaporat in ignem, & ſic relinquitur cinis inutilis, & hic lapis notus eſt apud alchimicos & in multis locis inuenitur.

De incipienttibus à 12. litera quæ eſt N. Cap. 12.

NItrum etiam accedit in lapidis coagulationem, eſt autem ſub pallidum & perſpicuum, & huius uirtus probata eſt quod diſſoluit & attrahit, & ualet contra ictritiam, & eſt de genere ſalis.

Nichomar idem eſt quod Alabaſtrum quod quidē eſt de genere marmorum, tamē quia uirtus eius eſt mirabilis inter lapides precioſos ponitur. Et expertum eſt de hoc quod frigiditate ſua conſeruat aromatica unguēta. Et ideo pixides de hoc lapide fecerunt antiqui. Conſeruat etiam

frigiditate ſua corpora mortuorum à fœtore excellenti, & ideo monumenta & mauſolea antiqua de hoc lapide inueniuntur, eſt autem albus nitens. Aiunt etiam quod uictoriam dat et amicitiam conſeruat. Sunt etiam quidam qui dicunt lapidem quendam nuſe uocatum, eſſe de genere lapidũ bufonis, & in multis inuenitur bufonibus. Et *ſunt duo genera, unus ſubalbidus ſicut ſi lac intrauerit ſanguinem & uicerit eum, & ideo ſanguinis obſcuras uenas dicunt in eo apparere, & alter eſt niger, & aliquando in eo depingitur bufo ſparſis pedibus ueneno eos adurere manum tangentis.* Pro*bationem autem huius lapidis eſſe dicunt quod exhibitus bufoni uino bufo eleuatur contra eum & tangit eum ſi poteſt.* Di*citur etiam quod præſente ueneno uarius efficitur qui ſubalbidus eſt.*

De incipientibus à 13. litera quæ eſt O. Cap. 13.

O*Nix gemma eſſe perhibetur nigri coloris, inuenitur melius genus eius nigrum albis uenis uariatũ uenit autem de* Media *&* Arabia. *Inueniuntur autem quinque diuerſitatum propter uarietatem uenarum & colorum. Aiũt collo uel digito ſuſpenſus excitare triſtitiam & timores, & in ſomno phãtaſias terribiles, & multiplicare fertur triſtitias & lites.* Di*cunt autem quòd auget ſaliuam pueris. Si autem Sardinus ſit præſens ligatur* O*nix & ſuſpenditur à nocumento, hæc autẽ omnia ſi habet pro*

fecto

ſectò habet, ideo quia uirtutem habet mouendi melancholiam præcipuè in capite, ex motu enim illius & uapore omnia iſta procedunt. Dicunt autem quidam Onicham ſeu Onichulum eſſe idem, quod ueriſimilè eſt, uel quòd ſit aliqua ſpecies eius, ſed colore non niger niſi aliquando, ſed colorem habet ut humanus unguis ſicut ſupra diximus. Sed Onichinis nominis inueniuntur multi colores albi, & nigri, & rubicundi, qui tamen omnes in ſubſtantia quadam fabricantur, quæ ſimilitudinem exprimit unguis hominis. Aiunt etiam quòd ex lacryma arboris quæ Onica dicitur indurata in lapidem generatur, & hanc eſſe cauſam quòd odoriferus eſt in igne. Hanc etiã cauſam inquiunt eſſe quòd frequentius aliјs depictus imaginibus mirabilius inuenitur, quia lacryma à principio mollis facilè formabilis pingitur & picturam retinet quando in lapidem induratum coagulatur. Hunc lapidem dicunt inſenſibiliter intrare in oculum, & hoc eſt mirabile. Sed ego uidi Saphirum intrare in oculum & lapidem Galli, & quendam alium cuius nomen ignoraui ſine læſione oculi, politum enim tenuè nõ ledit oculum niſi tangat aciem ſiue pupillam ſenſibilem cõtra foramen uueæ.

Obtalamus lapis eſt ab Otalmia dictus, cuius color non nominatur, fortè ideo quoniam multorum eſt colorum. Valere autem dicitur geſtanti contra omnes malos morbos oculorum, uiſus autem triſtantium dicitur obcecare, & ideo etiam patronus furum uocant, geſtantes enim eum quaſi inuiſibiles redduntur.

Orites habet tres ſpecies, quarum una nigra & rotunda, alia uiridis maculas albas habens, tertia cuius altera pars eſt aſpera, altera plana, & eſt color eius quaſi ferri lamina, & talis etiam eſt diſpoſitio corporis eius, de quo ferunt quòd unctus oleo roſato & geſtatus præſeruat ab aduerſis caſibus & peſtiferis morſibus reptilium. Dicitur etiam in phyſicis ligaturis quòd appenſus mulieri prohibet ipſam impregnari, & ſi pregnans eſt aborſum facit.

Orphanus eſt lapis qui in corona Romani Imperatoris eſt, neque unquã alibi uiſus eſt, propter quod etiã Orphanus uocatur, eſt autem colore quaſi uinoſus ſubtilẽ habens uinoſitatẽ, & hoc eſt ſicut ſi candidũ niuis cãdens ſeu micans penetrauerit in rubeũ clarum uinoſum, & ſit ſuperatum ab ipſo. Eſt autem lapis perlucidus, & traditur quòd aliquando fulſit in nocte, ſed nunc tempore noſtro nõ micat in tenebris. Fertur autẽ ꝙ honorem ſeruat regalẽ.

De incipientibus à 14. litera quæ eſt P. Cap. 14.

Panterus lapis eſt multos habens colores in uno corpore lapidis, nigrum uidelicet & uiridem & rubeũ & alios multos, inuenitur autem pallidus, purpureus & roſeus. Ferunt autem luſcos efficere uiſus. Inuenitur ſecundum plurimum in Media, debet autem geſtans ad ipſum inſpicere in mane Oriente ſole ut ſit efficax & uictorioſus, tot autem uirtutes dicitur habere quot colores habet.

Peranites

Peranites lapis eſt generatus de Micheton, & eſt fœminei ſexus. Nam certo tempore dicitur concipere & parere cõſimilem lapidem naturalem, ualere autem dicitur pregnantibus.

Perithe ſiue Peridonius lapis eſt fului coloris, dicitur etiam ualere contra Artheticam. Mirabile etiam referũt de iſto lapide quòd ſi fortius cõſtringatur manu adurit manum, uult ergo leuiter & pauidè tangi. Dicitur autem de hoc genere eſſe alia ſpecies quæ eſt Chriſolito ſimilis, niſi quod eſt maioris uiriditatis.

Praſius eſt lapis qui eſt matrix & palaciũ Smaragdi frequentius, eſt autem uiridis coloris habens uiriditatem ſpiſſam ſicut praſium quod eſt marrubium. Inuenitur autem aliquando cum rubeis guttis & aliquando cum albis. Expertum autem eſt quòd confortat uiſum, & quaſdam Iaſpidis & quaſdam Smaragdi habet operationes. In epiſtola etiam Aeſculapij cuiuſdam philoſophi ad Octauianum Auguſtum ferunt quod aliquod uenenum eſt tantæ frigiditatis quòd cor hominis interempti illo ueneno conſeruat ab igne. Et ſi cor illud in igne ponatur tãdiu quòd in lapidem opteſi conuertitur lapis ille uocatur profilis ab igne, uocatur humanus à materia precioſus eſſe dicitur eo q, uictores facit & à ueneno præſeruat. Narratur aũt licet fabulæ ſit ſimile q, Alexãder Macedonius hoc lapide ſub cingio ſuo in prælio utebatur, cũq; reuerteretur ab India & uellet lauari in Euphrate depoſito ſub cingio morſu ſerpẽs caſu præcidit lapidẽ, et euomit eũ ĩ Euphra.

& de hoc mentionem dicitur Ariſtot. feciſſe in libro de natura ſerpentum, qui liber ad nos non peruenit, colore autem rubet hic lapis candorem habens admixtum.

De incipientibus à 15. litera quæ eſt Q. Cap. 15.

Quiricia lapis eſt qui inuenitur in nido Vpupæ aliquando quæ tota eſt Auis præſtigioſa & multa augurans ut dicunt Magi & augures. Eſt autem lapis hic proditor ſecretorum, & phantaſias cõmouens ſi ponatur ſuper pectus dormientis

Quandros lapis eſt qui aliquando inuenitur in cerebro uulturis, cuius uirtutem ferunt eſſe contra quoslibet nociuos caſus, & replet mamillas lacte.

De incipientibus à 16. litera quæ eſt R. Cap. 16.

Ramai quod in medicinalibus inuenitur & alchimicis, quod idem eſt quòd Bolus armenus, eſt autem lapis ſubrubeus, huius autẽ uirtus pro certo experta eſt quòd eſt conſtrictiua uentris, & præcipuè ſanguinis diſenteriæ & menſtruorum.

Radaim lapidem & donatidem eundem aiunt, dicunt autem quòd niger eſt lucens. Ferunt autem quòd quando capita Gallorum comedere dantur formicis quòd aliquan

do

do poſt tempora multa in capite maris Galli hic lapis inue nitur. Ferunt etiam hunc ualere ad quodlibet impetrãdũ.

De incipientibus à 17. litera quæ eſt S. Cap. 17.

SAphirus lapis eſt ualdè notus, & ſecundum plurimum eius uenit ab oriente ex India. Inuenitur etiam *in hipodromo apud* Rhodanum *prouinciæ regionem, & & ciuitatem, ſed non eſt adeo precioſus ut per omnia ſit ſimilis* Orientali. E*ſt autem in colore perſpicuus flauus ſicut cœlum ſerenatum, ſed uincit in eo flauus color, & ideo eſt melior qui eſt non ſatis perlucidus.* Optimus autẽ qui nubes habet obſcuras ad rubedinem declinãtes. Inuenitur etiam bonus qui albidas habet nubeculas, ſubſtantia ſua ſit ſicut fuſca nubes, aliquantulum tranſparens. Huius autem uirtutem ego uidi quòd antraces duo fugauit. Aiunt etiam hunc lapidem hominem caſtum reddere & interiorem ardorem refrigerare, ſudorem ſtringere, dolorem curare frontis & linguæ, uidi ego unum in oculum intrare, & ſordes ex oculis purgare, ſed ante uult poni in aquam frigidam, & poſt ſimiliter. Quod autem dicunt quòd amittit uirtutem & colorem poſtquam ſemel fugauit antracem, eſt falſum, quia uidi unũ qui ſucceſſiuè interiecto ſpacio ferè annorum quatuor fugauit antraces duos. Dicunt etiam quòd corpus inuegetat & paces conciliat, pium & deuotum ad Deum efficit, & animan firmat in bonis, hic

lapis alio nomine ſyrites,uel ut alijs placuit ſyrtithes uocatur,eo quòd in ſyrtibus inuenitur.

Sardonix quem quidam Sardonicem uocant, etiam cõpoſitus eſt ex duobus lapidibus Sardo uidelicet & onice. Eſt ergo rubeus,& hic color ſupereminet in ipſo ex Sardio,eſt etiam albus & niger,& coloris unguis proferens ex Onice. Laudabilior autem eſt qui hos colores magis habet diſtinctos & qui denſioris eſt ſubſtantiæ. Inuenitur autem quinq; modis & fortè pluribus propter diuerſam colorum commixtionem,& ſubſtantiæ diuerſam denſitatem,& frequentius inuenitur in India & Arabia. Fertur autem luxuriam depellere, & hominem caſtum reddere & pudicum. Eſt autem maxima huius uirtus in hoc quòd cum Onichinus nociuus ſit,hic nocere non poteſt Sardinũ ſibi in ſubſtantia habens admixtum.

Sardinus lapis eſt ab antiquiſſimo inter precioſos lapides connumeratus uel commemoratus. Eſt autem ruborẽ ſpiſſum habens cum ſubſtantia obſcurè peruia,ſicut ſi peruietas imaginaretur in rubea terra, & ſecundum hanc diuerſitatem inuenitur quinque modis, ita quòd aliquis in hoc habet de peruietate, & fortè eſt ille matrix aliorum & domus in qua generantur. In Sardis autẽ ciuitate prius eſſe repertus dicitur,ideo ſic uocatur. Aiunt autem hunc accendere animum ad gaudium & acuere ingenia, per uirtutes contrarias ligare à nocumento onichinum.

Sarda quem alij dicunt Sardo lapis eſt qui ſe habet ad tabulas ligni ſicut magnes ad ferrũ,et ideo adhæret ita fortiter

titer tabulis nauium quòd euelli nõ poſſit, niſi abſcindatur cum ipſo ea pars tabulæ cui inhæſerit, eſt autẽ in colore puriſſimus nitens. Silenites lapis eſt de quo uaria referuntur. Dicunt enim quidam hunc naſci in quodam genere teſtudinis Indico, & eſſe uarium, rubeo, albo, purpureo, quoque colore pulcherrimum. Alij autem dicunt hunc uirentem & in Perſidis partibus frequẽtius inueniri. Dicũt autem hunc creſcere luna creſcente, & luna decreſcente decreſcere, geſtatum autẽ ferunt conferre præſcientiam quandã futurorum, ſi ſub lingua portatur, præcipuè prima luna & decima exiſtente. Dicunt enim q̃ manè prima luna una tantum hora habet hanc uirtutem, decima autem exiſtente luna habet uirtutem in prima hora & ſexta. Modus autem diuinationis eſt q̃ cũ portatur ſub lingua cogitatur de aliquo negocio utrum fieri debeat uel non, & ſi fieri debet cordi tenaciter infigitur, ita q̃ euelli non poteſt, ſi autem non debet fieri ſtatim cor reſilit ab ipſo. Fertur etiam quòd curat ptiſicos languentes & debiles

Smaragdus lapis precioſior multis alijs, & nõ rarus, & eſt color eius uiridiſſimus translucens ita quòd uicinũ aerem ſua uidetur tingere uiriditate. Figura ſua melior eſt planities ſuperficiei, quia tũc una pars nõ obumbrat aliã. Melior autem eſt quæ nec lumine nec umbra uariatur. Huius propter planitiei & coloris uarietatem dicunt eſſe diuerſitates duodecim, eo quòd aliquando quoddam fel nigrum per modum uirgularum permixtum habet. Sunt autem à locis dicti Scytici uel Britannici & Niliaci,

& qui in uenis æris naſcuntur, & maculoſi quidam & quidam calcedonij, eo quòd admixturam habent cum illo lapide, meliores omnibus ſunt ſcytici. Fertur autem quòd illi de nidis Grifonum auferuntur, qui lapidem hunc cũ crudelitate magna cuſtodiunt. Dixit enim unus de Græcia ueniens ueridicus & curioſus experimentator ꝙ ille lapis naſcitur in rupibus qui ſunt ſub aqua maris, quòd ibi frequenter inuenitur. Rationale enim eſt quòd in uenis æris in perſpicuo quòd & æris ſubſtantiam non uenit naſcitur, quia rubiginis æris habet uiriditatem. Expertum autem eſt temporibus noſtris quòd hic lapis ſi uerè bonus & uerus eſt non ſuſtinet coitum, propter quod rex Vngariæ qui noſtris temporibus regnat, in coitu cum uxore ſua lapidem hunc in digito habuit, & propter coitũ in tres partes fractus fuit. Et ideo probabile eſt quòd dicunt ꝙ hic lapis geſtantem ſe ad caſtitatem inclinat. Ferunt etiam ꝙ auget opes & in cauſis dat uerba perſuaſoria, & ꝙ collo ſuſpenſus curat hemitriteum & caducos morbos. Expertũ autem ꝙ uiſum debilem confortat & oculos conſeruat. Dicunt etiã ꝙ bonã facit memoriã & ꝙ tempeſtatem auertit, & ualet diuinãtibus, propter quod à magicis quæritur.

Syrus eſt lapis à Syria dictus, ut dicit Iſidor. qui integer natat, & comminutus fluctuat. Profectio huius cauſa eſt quia in poris integrum aerem continet qui euaneſcit à puluere comminuti lapidis.

Sarcophagus lapis eſt deuoratiuus cadauerũ mortuorum. Græcè enim ſarcos carnem, phagos autem comedere

ſonat

ſonat. Antiqui autem quidam hoc lapide primò fecerunt Archas mortuorum, eo quòd in ſpatio 30. dierum cadauer conſumit. Ob hoc autem noſtra monumenta lapidea ſarcophagi ſunt uocata.

Sarmius lapis eſt à Sarmia Inſula in qua inuenitur dictus, hoc autem lapide politur aurum. Fertur autẽ q̃ potatus uertiginem ſedat, & mentem ſolidat, habere autem hoc uitium dicitur quòd alligatus manu parturientis impedit partum, & continet ipſum in matrice.

Suetinus lapis eſt crocei coloris, quem Græci eliciam uocant. Inuenitur enim aliquando translucens ut uitrum, uocabulum autem trahit à materia, quia ſucco uel gumma arboris naſcitur quæ pinus uocatur, uulgariter autem lubra uocatur. Confricatus autem trahit folia paleas & fila ſicut Magnes ferrum. Dicunt autem quòd confert portantibus ſe caſtitatem. De expertis autem eſt q̃ fugat ſerpentes incenſus, pregnantibus autem ualere dicitur ad facilem parturitionem. Melior autem eſt qui fit de ſucco qui in æſtate calida proſilit, obſcurior autem qui fit de ſucco alterius corporis.

Specularis lapis uocatur eo q̃ ad modum uitri perſpicuus ſit. Dicitur autem in Hiſpaniarum urbe Segebia pri primitus inuentus. Ego autem uidi illum abundanter inueniri ita quòd currus inde onerantur in diuerſis partibus Theutoniæ, uidi etiam in Gallia inueniri cum gipſo, quia gipſi extremitas quædã eſt, effoſus autem ſcinditur in quaſ libet tenues partes & fiunt inde feneſtræ ſicut de uitro,

niſi quòd loco plumbi oportet ponere ſignū leue abienū. Sunt ut uidetur tres ſpecies eiuſdem unum ſcilicet lucidum ut uitrum, aliud nigrum pœnitus quaſi atramentum, tertium citrinum quod uocant auripigmentum uel arſenicum ſicut ſupra diximus quod carius eſt & nobilius.

De incipientibus à litera T. Cap. 18.

Topaſion lapis eſt ſic uocatus à loco ſuæ primæ inuētionis, qui fertur uocari Topaſis inſula, & quia auri ſimilitudinem prætendit. Sunt autem duæ ſpecies in hoc genere lapidis, quarum una eſt omnino ſimilis auro, & hæc eſt precioſior, alia eſt crocea magis tenuis coloris quàm auri ſit color, & hæc eſt uilior. Expertū autem eſt in noſtro tempore quòd ſi in aquam bulietem immittatur ita deferuere facit quòd ſtatim manu immiſſa extrahitur, & hoc fecit Pariſius unus de noſtris ſocijs. Dicunt etiam quòd ualet contra Emoptoicam & lunaticam paſsionem. Hoc autem certum eſt quòd ſpeculum eſt lapis iſte & idolum obiecti corporis ſicut ſpeculum concauum in connexū repræſentat, cuius cauſa eſſe non poteſt niſi quòd interius per ſuperficies concauas concreſcit & coagulatur.

Turchois lapis eſt coloris flaui & lucidi candentis, ac ſi lac penetraret in flauum colorem & reſultet per ipſum ad ſuperficiem. Dicunt autem quòd uiſum conſeruat, & à nociuis caſibus portantem ſe defendit.

De

De incipientibus ab V. litera. Cap. 19.

Varach quidem dicitur ſanguis draconis, ſecundũ Ariſtot. lapis eſt. Quidam autem medicorum dicunt quòd eſt ſuccus cuiuſdam hærbæ. Sed quod dicit oſtenditur in puluere, cuius ſuperficies nitet & aſpera eſt ſicut comminutus lapis, eſt autem rubeus ualde, ualet autem cõtra quemlibet fluxum, & præcipuè ſanguinis, & ex eo & argento uiuo fit algala.

Vernix eſt lapis qui dicitur armenicus, eſt autẽ coloris ſubpallidi, ualet certiſsimè cõtra melancholiã, & cõtra uitium ſplenis, & epatis, & contra cardiacam paſsionem.

Vrites eſt gemma quam ſupra pyritem diximus. Color autem eius eſt fulgens ut ignis ut ſupra diximus, leniter & reuerenter uult tangi, aut adurit tangẽtis manum. Nimirum quia etiam noctiluca animal aliquãdo adurit manum, ſicut ego ipſe expertus ſum ſæpius.

De incipientibus à litera Z. Cap. 20.

Zamech eſt lapis qui uocatur Lazuri, huic ineſt tenuis color flauus cũ corpuſculis aureis. Fit autem inde azurium. Certiſsimè ualet ſumptus contra melancholiam & quartanam & ſyncopim ex uaporibus melancholicis prouenientem.

Zigrites lapis eſt coloris uitrei, alio nomine etiã Euax *uocatur.* Et *dicitur quòd geſtatus collo ſtringit ſanguinem & depellit mentis alienationem.*

Hæc de lapidibus dicta in ſpeciali ſufficiant. Q*uoniam ſi in ſpeciali de uirtute cuiuslibet lapidis uellemus dicere modum uoluminis excederemus. Sicut enim à principio diximus ſi quis experimentari uoluerit uix lapillum inueniet, qui non habeat aliquam uirtutem, ſed per ea quæ dicta ſunt iudicare de omnibus eſt planum.*

TRACTATVS TERTIVS SECVNDI LIBRI DE LAPIdibus in quo eſt de ſigillis lapidum, & qualiter eſt dicendum de ſigillis, & quot ſunt modi ſigillorum, & de expertis.

Cap. 1.

DE IMAGINIBVS *autem lapidum & ſigillis poſt hæc dicendum eſt, licet enim pars iſta ſit pars* Magiæ *naturalis ſecundũ illam ſpeciem* Magiæ *quæ Aſtronomiæ ſubalternatur, & quæ de imaginibus & ſigillis nuncupatur, tamen propter excellentiam doctrinæ & quia illud cupiunt à nobis ſcire multi aliquid de hoc hic dicemus, omnino imperfecta & falſa reputãtes, quicquid de his à multis ſcriptum inuenitur. Antiquorum enim ſapientum*

pientum ſcripturam de ſigillis lapidum pauci ſciũt nec ſciri poteſt niſi ſimul & Aſtronomia & Magia probè intelligantur. Incipiẽtes igitur de imaginibus lapidum dicimus nos tres modos imaginum in lapidibus inueniri. Quorum unus eſt quod inuenitur in lapide imago nec exarata nec ſuper eum eleuata, ſed in eo depicta quaſi coloribus & picturis uariata ſit. Alter eſt quòd inuenitur eleuata quaſi opere excluſorio ſuper lapidem. Tertius modus eſt quòd figura inſciſionis eſt exarata in lapidum quibuſdam partibus lapidis Abraſis, & quibuſdam remanentibus. Adhuc autẽ in imaginibus quæ ſunt pictæ aliquãdo pingitur imago colore eiuſdem lapidis, & tunc non oſtendit imaginem niſi modus terminationis linearum quarundam quæ ſunt in ſuperficie lapidis, aliquando imago habet colorem omnino alium à colore lapidum. Hi autem duo modi ſunt imaginibus quæ eleuatæ ſunt ſuper lapidum ſuperficiem. Volo autẽ primò narrare quæ uidi, & expertus ſum ego ipſe, & poſtea oſtendere cauſam & modum per quem à natura efficitur imago, & tertiò loqui de imaginibus factis per artem & oſtendere uirtutes ſigillorum. Dico igitur ꝙ me exiſtente Venetijs cum eſſem iuuenis incidebantur marmora per ſerras ad parietes templi ornandos, contigit autem in uno marmore iam inciſo tabulis inciſis ſibi applicatis apparere depictum caput pulcherrimum regis cum corona & longa barba, neque in aliquo peccare uidebatur pictura, niſi in hoc ſolo quòd frontem uidebatur in medio habere nimis altera aſcendẽte uerſus uerticem capitis.

Sciuimus autem omnes qui aderamus, hoc à natura fuiſſe pictum in lapide, & cum à me quæreretur cauſa inordinationis frontis, dixi lapidem illum ex uapore fuiſſe coagulatum, & in medio per calorem fortiorem uaporem inordinate aſcendiſſe ultra modum. Fuit autem pictura eiuſdẽ coloris cum lapide. Huiuſmodi *autem ſimile eſt in nubibus in quibus omnes apparent figuræ quando uentis non agitantur, & continuè propter calidum eleuans eas etiam diſſipantur, quæ ſi appræhenderẽtur loco & uirtute lapidibus multas effigiarent figuras: propter hoc apparet ergo figurã picturæ ſimplicis aliquando eſſe à natura.* Poſt hoc *autem longo tempore cum eſſem* Pariſius *de numero doctorum & grege, cõtigit aduenire ad ſtudium filium regis Caſtellæ, cuius coqui cum piſces emerẽt, prænominati nobilis famuli piſcem emerunt qui latine peccez uulgariter pleis uocabatur, & erat maximæ quantitatis in illo genere piſcis: cum autem exenteraretur piſcis, in uentre eius apparuit concha oſtrei maximi, quam ad me memoratus nobilis fecit cauſa dilectionis adaptari. Concha ergo illa in concauo ſui quod eſt planum & politum habebat figuram trium ſerpentum ore eleuato optimè factorum, ita quòd nec figura defuit oculorum, cum tamen eſſent ualdè parui, exterius autem in conuexo quod erat aſperum habebat figuras multorum. x. uidelicet & amplius ſerpentum ſimili per omnia opere factorum, niſi quòd omnes exteriores nodo quodam in collo uidebantur colligati, capitibus tamen & corporibus ſeparatis, neque fuit ulla iſta-*

rum

rum imaginum quæ nõ eſſet perforata foramine ab ore ſer pentis incipiente, & inferius ad caudam ſerpentis exeunte, & erat foramen ita paruum quòd uidebatur filo factũ fuiſſe. Hanc autem concham ego multo tempore habui, & multis oſtendi, & poſtea eam miſi pro munere in Theuto niam cuidam. Conſtat igitur per illud experimentum etiã figuras eleuatas ſup lapides aliquãdo fieri à natura. Narrauit autem mihi quidam nobilis & potens quòd quodam tempore ab uno ruſticorum ſuorum præſentatum fuit ſibi ouum minoris quantitatis quàm gallinæ, in quo corpore excluſorum ſimili in teſta optimè figuratus fuit ſerpens criſtatus & alatus, & habebat figuram pedis ſicut pes galli. omnia autem hæc indicant tales formas aliquando à natura formari, & hoc puto ego & ſcio uerum eſſe.

De figuris lapidum à natura factis. Cap. 2.

Q*Væramus igitur qualiter à natura formantur.* Reuocemus igitur ad memoriam ea quæ in ſecundo noſtrorum phyſicorum de monſtris loquentes determinauimus. Non igitur ignoramus quòd ſunt quædam loca in cœlo in quibus cũ luminaria conuenerint impediunt etiã in propria & efficaci materia figuram humanam generari, & materia tũc concreſcit in horribile monſtrũ. Aliquãdo etiam econuerſo concurrunt luminaria & cæteri planetæ ad locũ in quo tanta uirtus eſt generationis humanæ

quòd in ſemine ualde difformi contra uim formatiuam illi ſemini inſitam imprimit formam humanam, propter hoc contingit aliquando porcellos in capite præferre figuram hominis, & fœtus uaccarum ſimiliter. Quod quia ex per mixtione ſeminis hominis cum dictorum animalium ſeminibus eſſe non poßit in phyſicis noſtris ſatis eſt oſtenſum. Hæc igitur eſt cauſa & non alia quòd etiam in lapidibus uaporabiliter in materia coagulatis imprimitur figura hominis uel alia de figuris ſpecierum quas producit natura aut pingendo tantum, aut etiam figurando totum eleuando in toto uel in parte maximè cum ſit huius efficiens in onichinis propter materiæ maiorem molliciē ut diximus ſupra. Eſt enim Coloniæ in capſa trium Regum magnæ quantitatis onichinus habens latitudinem manus unius hominis & amplius, in quo ſuper materiam lapidis onichini qui eſt ſicut unguis picta duo ſunt capita iuuenum albiſsima, ita quòd eſt unum ſub alio, ſed elucet præpoſitione naſi & oris, & in fronte capitum eſt figuratus nigerrimus ſerpens qui colligat capita illa. In mandibula autem unius in ea parte ubi eſt angulus curuitatis mandibulæ inter partem quæ deſcendit à capite, & eam quæ ad os infle ctitur eſt caput Aethiopis cum longa barba nigerrimum. Et ſubtus in collo iterum eſt lapis habens colorem unguis & uidetur eſſe ueſtimentum decoratum floribus circa capita, probaui autem quod non eſt uitrum ſed lapis, propter quod præſumpſi picturam illam eſſe à natura & non ab arte, ſimiles autem multi inueniuntur. Non latet tamē

aliquando per artem fieri tales imagines duobus modis, unus quorum eſt in quo operatur ars & natura, & illa quidem uel qualis ars effingitur figuras & materiæ colores, & poſtea totũ ponitur in aqua in qua fortis eſt uis mineralis lapidificatiua & ex illa coagulatur in lapidem ſicut diximus ſupra. Secundus autem modus eſt deceptorius quòd effinguntur imagines in materia & diuerſificantur colores figuræ per ſigilla, & poſtea opere alchimiæ per aquam uel alium liquorem coagulãtem induratur in ſimilitudinem lapidis, & hoc maximè fit per illud quod alchimici uocant lac uirginis, fit autem quando litargirium fortiſsimè lauatur in aqua, & ſæpius coletur per ipſam quouſque ſit ſicut lachryma & iſtæ duæ aquæ permiſceantur, eſt enim hæc aqua certiſsimè coagulans, & uidebitur lapis qui per eam coagulatus eſt. Multis autem alijs modis fiũt coagulationes materiarum, ita quòd uidebuntur lapides cum non ſint, ſi quis ſubtiliter & per lunam tentauerit. Aliquando autem fiunt huiuſmodi colores in uitro ſimplici, & ſimiliter imagines, & hoc uulgus imperitum putat eſſe lapides, his ergo de cauſis fiunt imagines pictæ & excluſæ ſiue eleuatæ. Illæ autem quæ ex arte raſura uidẽtur, non intelligo qualiter fiant niſi ab arte non à natura per aliquem modũ, ſed in gemmis duriſsimis dicuntur fieri per partes Adamantinas acutas & duriſsimas ab his qui ſcribunt de gemmis, quod ego nequaquam credo uerum eſſe, ad tales enim exarationes oportet habere inſtrumenta decenter aptata, quod non poteſt eſſe in partibus Adamantis

niſi mollirentur ſanguine hircino, & tunc eſſet diſpendiũ & nimis ſumptuoſum. eo quòd aliquando parum ualentem gemmam exaratam eſſe uidemus. Quæ igitur experti ſumus etiam hic dicimus, diſtillatur enim & depuratur chalybs ſæpius donec ferè habet albedinẽ argenti, & tunc ex eo formantur inſtrumenta ferri & ſculptorum angulis conuenientibus & ſubtilibus, & tunc exprimitur ſuccus raphani & permiſcetur cum ſucco raphani aqua quæ extrahitur de lumbricis terræ contuſis & expreßis per pannum ita quòd tantum ſit unius quantum alterius, & poſtea candens inſtrumentum extinguitur in aqua illa bis uel ter uel pluries quotiens oportet, & efficitur ita durum quod radit gemmas & incidit aliud ferrum ſicut plũbũ.

Hæc igitur dicta ſunt de cauſa imaginum quæ apparẽt in gemmis. Si autem quis quærat quare imagines in alijs lapidibus non inueniuntur niſi in gemmis, dicemus quòd prius nos expertum induximus quòd aliquãdo apparent in marmore, ſed in alijs generibus lapidum iam non apparent, quia materia eorum eſt grauis & groſſa terreſtris & uirtutibus mouentibus inobediens, & ideo cœlum eã mouere & imprimere non poteſt: lapides autem precioſi & quædam marmora ut ſupra diximus uaporales habẽt materias facilè mouentibus obedientes, & ideo in eis tales generantur imagines. Exemplum huius eſt in uaporibus ſeminalibus in quibus de facili apparẽt imagines quæ tantum in ſubſtantia cerebri uel capitis uel oßis non imprimũtur: omnes enim motus cœleſtes poteſt impedire confuſio, & inhabi

& inhabilitas materiæ ſicut diximus ſæpius in præcedentibus: & eſt hoc, ſicut ſi ſigillum lapidem tangat uel durã terrã, tunc nequaquã imprimitur: ſi autem tangat aquã, imprimitur: & ſi aqua congelatur, tunc figura perſeuerat in glacie. Hæc autem non omnino phyſica ſunt, tamen propter doctrinæ bonitatem hic ſunt interpoſita.

De cauſa quare gemmæ primitus ſculpi præcipiebantur, & quod ſit iuuamentum in ipſis ſigillis.

Cap. 3.

NVnc autem determinemus cauſam quare gemmæ primitus à ſapientibus ſculpi præceptæ ſunt, & quod ſit iuuamentũ in ipſis ſigillis eorum: huius autem cauſam cognoſcere ex ſcientia oportet magorum, quam compleuerũt Magot græcus & Germa Babylonicus, & Hermes Aegyptius in primis, poſtea autem mirabiliter effulſit in ea Ptolomæus ſapiens & Geber Hiſpalenſis, Tebith autem plene tradidit artem. Eſt autem principium in ipſa ſcientia omnia quæcunque fiunt à natura uel arte moueri à uirtutibus cœleſtibus primo, & hoc de natura non eſt dubium. In arte etiam conſtat eo quòd aliquid modo & non ante incitat cor hominis ad faciendum, & hoc eſſe non poteſt niſi uirtus cœleſtis ut dicunt ſapientes prænominati. Eſt enim in homine duplex principium operum, natura

ſcilicet & uoluntas, & natura quidem regitur ſyderibus uoluntas quidem libera eſt, ſed niſi renitatur trahitur à natura & induratur, & cum natura moueatur motibus ſyderum incipit uoluntas tunc ad motus ſyderum & figuras inclinari, probat hoc Plato ex operibus puerorum qui libertate uoluntatis non adhuc renituntur naturæ & ſyderum inclinationi. Illi enim ex ſyderum uirtute præoſtendunt in ſe habilitates ad unam artem uel aliam in qua ſi exercitentur perfecti efficientur, & ſi reluctentur & alias exerceant, nunquam propter naturæ ad illam artem ineptiam perfectionem conſequuntur. Nō autem dubitamus quin omne quod eſt cauſa aliquo modo cauſæ, eſt etiam aliquo modo cauſa cauſati. Si igitur uis & afflatus ſyderum influit quandam cauſalitatem artis in artifice, pro certo niſi impediatur influet omnibus operibus artis aliquid ſuæ uirtutis. His habitis pro principio ſumimus à dictis philoſophis quod etiam alibi probandum eſt figuras cœlorum primas eſſe figuras, & ante omnium generatorum natura & arte figuras. Quod autem primum eſt genere & ordine generantium abſque dubio cauſalitatem ſuam per modum cuique congruum omnibus influit ſequentibus. Nos enim non intendimus hic de figuris mathematicæ ſumptis, ſed de figuris prout inducunt diuerſitatem generatiuum & generatorum in ordine & ſpeciebus & natura formæ & materiæ ſuæ, habebit igitur figura cœleſtis cauſalitatē in omni figura generata à natura, eo quòd ars reſoluitur in principium naturæ, quia principium artis prout diximus

mus

mus natura eſt ſecundum quòd exiuit à ſuo cœleſti princi= pio, cuius principium eſt intellectus practicus, ſicut idem intellectus eſt principium artis, ſicut diximus ſæpius in cœlo & mundo & phyſicis. Ex his autem de neceßita= *te concluditur quòd ſi obſeruate ad cœleſtem figuram imprimatur figura in materia per naturam uel artem quòd cœleſtis figuræ aliqua uis influitur operi naturæ & artis, & inde eſt quòd obſeruatè ad imagines cœli præci= piuntur fieri opera & exitus & introitus & inciſio ue= ſtium & ueſtitura à* Ptolomeo *ſapiente.* Hinc eſt quòd in *ſcientia Geomantiæ figuræ punctorum ad imagines tales reduci præcipiuntur quia aliter non ſunt utiles, hac ergo induſtria conſyderata primi præceptores & profeſſores phyſici gemmas & imagines metallicas ad imagines aſtro rum obſeruatis temporibus qnando uis cœleſtis fortißima ad imaginem eãdem eſſe probatur, utputa cœleſtibus mul tis uirtutibus admixta ſculpi præcipiebant, & mira per tales imagines operabantur.* Imagines autem cœli ex mul *tis quidem adiuuantur, ſunt tamen præcipuè quinque ob= ſeruanda, ſcilicet imago circuli non ſtellati, quia circulus ſignorum non ſtellatus eſt primus habens motum figuræ & uitæ. Secũdò iuuatur ex imaginibus ſtellatis quæ etiam obſeruare oportet debitè.* Tertiò *autem eſt ex ſitu plane tarum in ſignis confortãtibus ſigna.* Quartò *autem quòd quantitate eleuationis & elongationis ſecundum longitu= dinem & latitudinem à linea equinoctiali & aſcendente.* Et *quintò ex reſpectu omnium horum ad latitudinem cli=*

matis, hoc enim multum eſt obſeruandum, quia ex hoc & quarto uariatur tota qualitas angulorum quos deſcribũt radij ſuper figuram rei generatæ uel factæ per artem, & ſecundum quantitatem illam angulorum infunduntur rebus uirtutes cœleſtes, hoc enim pauci obſeruant & pauciores obſeruare ſciunt, & dum ſine ſcientia nituntur ad opus artis imaginum propter fallaciam ſuæ operationis credunt fallere ſcientiam & contemptibilem reddunt eandem, ſic igitur ad cœleſtes imagines ſculpi gemmæ & hac de cauſa præcipiuntur. Sed non lateat nos quòd ſicut uirtutes naturales perdurant in quodam tempore & nõ ultra ita eſt etiam de uirtutibus imaginum: nõ enim influitur aliqua uirtus de cœlo niſi in quodam tempore periodi, ſicut diximus in fine perigeneos, & poſtea cauſa & inutilis remanet imago frigida & mortua, & hæc eſt cauſa quare quædam imagines non operantur hoc tempore quod fecerunt tẽpore antiquo. Hinc eſt ꝙ diſtinguũtur in Aſtronomia diuerſi anni imaginum cœli & planetarum & quarundam ſtellarum dicuntur eſſe anni maiores & medij & minores, in quibus explicant ſua cauſata fortiora uel minus fortia uel media.

Imago dicitur Orientalis, occidentalis, meridionalis uel aquilonaris. Cap. 4.

HOc autem quod inuenitur in Euace & Aaron & Dioſcoride & quibuſdam alijs ꝙ quædam figuræ ſunt

ſunt Orientales, & quædam meridionales, & quædam aquilonares, & quædam occidentales, omnino abuſiue intelligitur ab hominibus noſtri temporis qui de lapidibus ſe intromittunt. Cauſa enim dicti antiquorum eſt ꝙ imago ſculpta eſt ad triplicitatem Orientalem uel occidentalem & ſic de alijs. Diuiduntur autem ſigna in quatuor triplicitates, ſicut diximus in libro de cauſis proprietatum elementorum & planetarum: nec oportet illud hic iterare, & dicitur triplicitas terrea meridionalis non ob aliam potiſsimè cauſam, ut dicit Ptol. niſi quia ſi ab ipſa eleuatur uētus meridionalis diu durat, & ſi alius cito deſinit, propter quod triplicitatis terræ maior uis eſt in meridie quàm in alijs plagis mundi. Eadem omnino de cauſa triplicitas ſignorum aqueorum uocatur aquilonaris, & triplicitas ignea Oriētalis, & quarta aerea uocatur occidētalis. Imaginem autem eſſe aquilonarem uel meridionalē &c. hoc idem eſt dictu quòd ad talem imaginem huius triplicitatis impreſſam, & ꝙ non, ꝙ in tali uel in tali plaga plus uel minus ualeat. ſed tamen ſi tēpore figurationis imaginis fortiter flat uentus triplicitatis fortis cognoſcitur eſſe cœleſtis effectus, & ideo efficacior imago eſſe præſumitur. Eſt autem ſolertiſsimè ſciendumꝙ cœleſtes effectus ſpeciales & obſeruatas materias quærunt ſuarum imaginum, & ideo antiqui qui non de uno lapide uel metallo, ſed modo de uno modo de alio ſecundum diuerſitatem cœleſtium figurarum præcipiebant fieri materias quæ figurarentur. Quod autem magis iſti lapides ex India ueniunt quàm ex alia

regione & ex Aegypto, cauſa eſt quòd uirtus planetarũ in illis partibus eſt efficaciſſima, eo q̃ illæ partes aut ſub equinoctiali, aut inter equinoctialem & tropicum, aut in quarto climate, & in illis locis quæ ſunt primæ uel ſecundæ poſitionis planetæ ſpargunt radios ab oriente & occidente, & aquilone & meridie & confortãt ſuos effectus. In medio autem climate quod eſt quartum propter temperantiam confortatur effectus ex qualitatibus planetarum quas efficiunt in elementis, & ideo fortiores & ueriores ſunt illæ imagines. In alijs autem climatibus nũquam ſunt planetæ in aquilone ſed ſemper & obliquæ ex meridiæ reſpiciunt illa, & ideo tantã uirtutem non infundunt his imaginibus quæ fiunt in his climatibus, quantam illæ quæ fiunt in illis. Huius autem cauſa reddita eſt in libro de natura locorum à nobis. Hoc modo ad ſapientiam habendam legitur Rex Pyrrus geſtaſſe in digito achatem in quo miro decore nouem muſæ inſculptæ fuerãt, & Apollo deus ſapientiæ in medio in manu tenẽs cytharam. Quod autem uulgatum eſt de iſtis ſculpturis quòd ſit ſculptura filiorũ Iſrael profiſcentium ex Aegypto neque annuo neque abnuo, ſcio enim quod legi de Moyſe quòd fecerit annulos obliuionis & memoriæ poſt huiuſmodi ſculpturam, & dedit uxori ſuæ à ſe reſiſtenti. Traditio enim philoſophiæ habet, mathematicas ſcientias primum extitiſſe circa Aegyptum, à mathematicis autem ſcientijs huiſmodi ſculptura habuit exordium.

De

De ſignificationibus imaginum in lapidibus. Cap. 5.

Licet autem abſque dubio ea ſufficiãt ad præſentem intentionem quæ dicta ſunt, tamen ad ſolatium legẽtium quædam ponemus de ſignificatiōe imaginū, & poſtea de ligaturis & ſuſpenſionibus earum, & poſtea complebimus de lapidibus tractatum, ut generaliter igitur et in communi ſit dicere, aries uel leo, uel ſagittarius inſculpti propter ignem & orientalem triplicitatem deſignant lapides illos habere contra febres proprietatem & infirmitatem ſicut eſt hydropiſis & paralyſis & huiuſmodi, et quia calidum bene mouet dicuntur geſtantes ſe facere ingenioſos & facundos & exaltare in honoribus huius mūdi, & præcipuè leo. Gemini autem & libra & aquarius propter triplicitatem aeream & occidentalem ſi debitè inſculpantur lapidibus calidum temperatum humorem, & præparare dicuntur ferentes ſe ad amicitiam & iuſtitiam & ciuilitatem bonam & legum diligentem obſeruantiam & concordiam. Cancer autem Scorpio & piſces inſculpti lapidibus propter triplicitatem aqueam & ſeptentrionalem temperant febres calidas & ſiccas ſicut eſt ethica & cauſon & huiuſmodi. Inclinant autem ſecundum artem imaginum ad mendacium ad iniuſtitiam & inconſtantiam & lubricitatem, huiuſmodi ſignum eſt quod dicunt Scorpionem eſſe imaginem Macumeti, qui nunquam niſi mendacium docuit & iniuſtitiam. Si autem ſcribuntur Taurus

& uirgo uel capricornus iſti propter triplicitatẽ terreã & meridionalẽ frigidi quo ad effectũ ſunt & ſicci & ideo curare dicũtur ferẽtes ſe ab ſinocha & infirmitatibus calidis. Inclinant etiã ferentes ſe ad deuotionem & religionẽ, & ad opera ruſticana, ſicut ad agriculturã & uinearũ & hortorum plantationẽ. Eſt autem eadem res in conſydera tione imaginum cœli extra zodiacum deſcriptarum.

Pegaſus enim de luce inſcriptus lapidi bonus militantibus & pugnantibus in equis & bello campeſtri, & dicitur ualere contra equorum infirmitates. Eſt autem figura pegaſi imago dimidij equi alati, propter huiuſmodi effectus uocatus fuit in arte imaginum Pegaſus Bellorophon quia fons bellorum. Andromade autem eſt imago puellæ ad unum latus conuerſæ ſupra ſellam ſedentis & manus renitentis, & imago illa inſcripta in gemmis conciliantibus ex natura ſua amorem quæ ſupra deſcriptæ ſunt facit ſtabilem amorem inter uirum & uxorem ita etiã quòd adulteros reconciliare dicitur. Caſsiopera eſt uirgo ſedens in cathedra habens manus erectas & cancellatas, & huiuſmodi inſcriptio in gemmis ſomnum præſtantibus & reſocillantibus membra dare dicitur quietem poſt laborem et debilia corpora roborare. Serpentarij autem à ſe eſt uirtus ſerpente cuius caput tenet dextra manu & caudam ſiniſtra, & hæc imago inſcripta lapidi qui uenena fugat ualere contra uenena prædicatur & morſus uenenatorũ curare ſiue portetur ſiue raſura bibatur. Herculis autem aſtrum eſt uir genu flexo clauam in manu habens & leo

nem

nem interficiens, cuius pellem habens in manu alia. Si ergo imago Herculis ſit inſcripta lapidi ad uictoriam pertinenti & geſtans habet in bello campeſtri uictorioſus fore dicebatur. In cœlo autem iuxta polum arcticum duæ urſæ pinguntur, in quarum medio diſponitur draco tortuoſus, & ſi hoc in lapide ad ſapientiam & ingenium pertinente ſcriptum inuenitur, iuuabit aſtutiam & calliditatem & fortitudinem. Saturni autem inſcriptio hæc eſt, uiri ſenis falcem decuruam in manu habentis, & non hilaris neque ridens, fuſci coloris, paucos pilos in barba habētis propter frigiditatem & ſiccitatem dicitur conferre poteſtatem creſcentem & ſtabilem, præcipuè ſi ſit in lapide eiuſdem uirtutis, & ſcias quòd hæc citius confert ignobili quàm nobili quia Saturnus non amat nobiles ſecundum artem aſtrorū. Iuppiter autē plurimas tam ſecūdum Ariſt. quā ſecundū alios philoſophos habet figuras, de quarū numero. 6. ſunt obſeruatæ, de quarū una ſufficit hic dicere. Si enim ſcribatur homo cum capite arietis rugoſos habens calcaneos capillis multum ſparſis & pectore ſubtili. Si ergo ſic inueniatur inſcriptus gemmæ quæ confert gratiam, hominem faciet gratioſum & impetrantem ab hominibus quod uolet & fortunatum ut dicunt præcipuè in his rebus & honoribus quæ fide & religione quæruntur. Si autem inſcribatur in gemma ſapientiam donante, homo gracilis corporis, barbam habens pulchram & raram & paruam, & labia ſubtilia & nitida & naſum ſubtilem, habens alas in pedibus, & in ſiniſtra manu uirgam in qua ſuperius

infixus ſit ſerpens inuolutus, quæ inſcriptio frequẽtiſsimè inuenitur in lapidibus qui extracti ſunt de tẽplis antiquis idolorum, & præcipuè in partibus Germaniæ. *Signũ autem eſt* Mercurij *& conferre dicitur ſapientiam præcipuè in* Rhetoricis *& mercatoribus, & præcipuè in alijs. Idẽ autem eſt de ſigno* Martis *quæ eſt figura militis cum lancea, ſi ſculpantur in lapide iracundiam & audaciam conferente dicitur facere animoſos & bellatores.* De Venere *autem breui ſermone nihil dici poſſet, cum de ea duo libri magni in magicis compoſiti ſint, qui non tractant niſi de imaginibus eius.* De *ſole etiam &* Luna *plurimæ ſunt diuerſitates de quibus propter compendium tranſimus.* Hy*dra autem uidelicet draco ſuper ſe habens urnam uerſus caput & cornu aut caudam ſupra dorſum, lapidi diuitias conferenti inſcriptus conferre dicitur diuitias & ſapientiam & reſiſtentiam contra nocumenta. Centaurus autem inſcriptus hoc eſt homo habens leporem in ſiniſtra ſuſpenſum cum cultello, & in dextra baculum in quo eſt beſtiola infixa ſuſpenſa cum lebete dicitur conferre ſtabilem ſanitatem, & propter hoc dicunt fabulæ quòd Centaurus magiſter fuit* Achillis, *eo quòd hunc lapidem in manu ferebat. Similiter autem ara inſcripta ad modum capſulæ claudentis ſacra, dicitur dare amorem uirginitatis & caſtitatis. Cætus etiam inſcriptus inuenitur habens criſtatum ſerpentem in dorſo & tubam magnam dicitur conferre felicitatem in terra & in mari, & prudentiam & amabilitatem & ablata reſtituere.* N*auis autem inſcripta cum uelo al-*

to &

to & extenſo fertur dare ſecuritatem in negociatione & quibuſdam alijs. Lepus autem inſcriptus contra uerſutias & uerba inſaniæ ualere perhibetur. Orion autem habens in manu falcem uel enſem inſcriptus gemmæ eiuſdem uirtutis conferre dicitur uictoriam. Aquila autem cum ſagitta ante caput ſuum inſcripta conſeruare ueteres & nouos honores acquirere perhibetur. Similiter autem aquarij ſignum liberare à quartana dicitur. Perſeus autem in dextra habens enſem, & in ſiniſtra caput Gorgonis, liberare dicitur à fulgure & tempeſtate, & ab inuidorum incurſu. Ceruus autem cum uenatore & canibus inſcriptus ſaluare dicitur phreneticos & manaicos. Venus autem cum magna ueſte laurum tenens in manu inſcripta conferre dicitur pulchritudinem & ornatum. Similiter autē de multis hic introducere poſſemus, ſed non oportet quia de his alia ſcientia eſt, & non poſſunt hæc ex principijs phyſicis probari, ſed oportet ad hoc ſcire Aſtronomiam & magicam & necromanticas ſcientias de quibus in alijs conſyderandum eſt.

De ligaturis & ſuſpenſionibus lapidum. Cap. 6.

EA uerò quæ ad hanc ſcientiam magis pertinere uidentur, ſunt ligaturæ lapidum & ſuſpēſiones, quia in illis non niſi naturaliter ex uirtutibus conferunt medicinam & iuuamen. De his igitur aliqua dicenda ſunt ex Ari

ſtotel. ſumpta & Coſtuben Luce & Hermete philoſophis & alijs quibuſdam. Zeno autem in libro ſuo naturalium quaſi reddens rationem uirtutis ligaturarum & ſuſpenſionum & uirtutum ipſorum lapidum dicit quòd eſt uirtus occulta uniuerſalis quæ facit ex igne lapides & ſimiliter ex aqua quandò funditur ſuper locum qui uocatur bozon, tunc enim coagulatur ſubitò nec amplius in ſuam materiã reuertitur. Subiungit autem Zeno adhuc de lapidibus dicens, quia quod accidit igitur aquæ & terræ, illud etiã accidit animalibus & plantis, quia uirtute occulta materiæ ſeu temporis aut loci fit eorum diſſolutio omnino, aut in lapidem conuerſio. Hæc autem uerba Zenonis philoſophi qualiter intelligamus, ex habitis in primo poteſt intelligi. Non enim ex igne fit lapis niſi effectiuè. Vniuerſalis autẽ uirtus non eſt niſi uirtus cœli quæ omnia generata, ad eſſe deducit, & aliquid uirtutis cœleſtis ad effectus aliquos mirabiles donat, quos ſicut dicunt Plato & Socrates operantur, cum conuenienter membris alligantur & collo ſuſpenduntur. Cum autem Socrates dicat incãtationem fieri per quatuor ſcilicet ſuſpenſiones uel alligationes rerum, & impetrationes ſiue adiurationes, caracteres & imagines, & dementare dicit rationales animas quòd cadunt in timores & deſperationes uel in lætitias & confidentias, & per hæc, animæ accidentia mutari corpora etiam ad infirmitates cronicas uel ſanitates. Nos enim non intẽdimus hic niſi de ligaturis & ſuſpenſionibus lapidum & quem effectum habeant ſecundum philoſophos præcipuos. Dicunt autem

tem duo philoſophi ſecundum quòd narrat Cõſtuben Luce in libro de phyſicis ligaturis Ariſtoteles uidelicet & Dioſcorides, quòd ſi fuerit ex Gagate & KaKabre Onix & collo ſuſpenditur, auget triſtitias, & conuertit in pallorem & timorem & melancholiam totum hominem & ad ægritudines ex his accidentibus conſequentes. Dicit autem Ariſtoteles quòd onix ex Corallis eſt, & ſi ſuſpendatur collo, epileptici prohibet caſum, econtra dicit Dioſcorides quòd ſi fuerit ex Gagate & KaKabre fumigium, accelerat caſum epileptici & excecat ipſum. Idem Dioſcorides dicit quòd eſt lapis quidam qui Galadides dicitur, & dum ponitur & diſponitur contra incendium ignis extinguitur. Ariſtote. aliter dicit quòd Smaragdus collo alligatus impedit epilepſiam, & aliquando in toto curat, propter quod præcipitur nobilibus ut filijs ſuis alligẽt huiuſmodi lapidem ne epilepſiam incurrant. Adhuc autem Ariſtoteles in libro de lapidibus dicit, angulus magnetis cuiuſdam eſt cuius uirtus apprehendendi ferrum eſt ad zoron hoc eſt ſeptentrionalem & hoc utuntur nautæ, angulus uerò alius magnetis illi oppoſitus trahit ad afon ideſt polum meridionalem, & ſi approximes ferrum uerſus angulum zoron cõuertit ſe ferrũ ad zoron, & ſi ad opoſitũ angulũ approximes cõuertit ſe directè ad afon. In eodẽ libro adhuc aſſerit Ari. ꝗ Adamas, ferrũ & lapides oẽs nõ conſtringit, & plũbũ cõſtringit, eo ꝗ eſt molliſsimũ inter metalla, adamas enim & ſabotus hoc habẽt propriũ ꝗ penetrãt oẽs lapides ſolidos, & ardor corrodit eos, & detegit

eorum ſplendores. Idem Ariſtot. tradit quòd ſi magnetes duo uel plures ſubtus & ſupra coequatis uirtutibus ordinentur & corpus imbaret hoc eſt ferro quod eſt in medio diſponatur pendebit in aere. Item dicit Ariſt. quòd ſpecies magnetis ſunt ualde diuerſæ, quædam enim trahit aurum & alia diuerſa ab ea trahit argentum, & quædam cuprũ. quædam ſtannum, quædam ferrum, quædam plumbum, & quædam ab uno angulo trahit & ad alterũ fugat quicquid ab oppoſito angulo tractum eſt, & quædam trahit carnes humanas & dicitur ridere homo, cum à tali trahitur magnete & manere apud ipſum donec moritur ſi ualde magnus eſt lapis, & quædam trahit oſſa, & quædam pilos, & alia aquas & alia piſces. Dicit etiam quòd napta alba trahit ignem per quem templorum cuſtodes decipiũt populum, ut putent lumen de cœlo accendi. Eſt autem napta non lapis ſed genus bituminis inuentum in Chaldæa, ſicut etiam ignis ſulphuris trahit ferrum & adurit ipſum multum, & ſimiliter lapides & modicum operatur in lignis. Idem dicit quòd eſt magnes qui nominatur Olearis qui trahit oleum, & lapis aceti qui trahit acetum, & lapis uini qui trahit uinum, & ſpuma illius trahit ſpumam uini, & fex eius ad ſe trahit fecem quaſi ſit delectamentum lapidũ in illis, aut anima per quam moueat. Adhuc autem Dioſcorides & Ariſtoteles dicunt eſſe Ametiſtum & Sardonicem lapides poſitos uel ſuſpenſos ſuper umbilicum ebrij uel potantis uinum uaporem uini prohibere & ebrietatem ſoluere & à contagione liberare. Ethitem

uerò

uerò alligatum cubito epileptici ſoluere dicitur epilepſiã & pregnantem iuuare ad partum. Dioſcorides *dicit poſitum Saphirum & alligatum ſuper arteriam calorem mitigare, & poſitum ſuper cor hominis tollere ſuſpitionẽ multam, & à contagione liberare, ab æſtu autem inflammatum à ſulphure prohibet. Idem autem philoſophus perhibet lapidẽ* Lipariũ *trahere ad ſe beſtias & reptilia omnia* Dicit *etiam quòd lapis* Opitiſtrite *ſecuritatẽ à beſtijs præbet, & ſi ponatur in alembico hoc eſt in uaſe aquæ bullientis, ceſſant ampullæ ebullitionis & quòd lapis* Emdros *liqueſcit, & quod ex eo reſoluitur, reſtauratur eidem.*

Idem *dicit quòd lapis generatus ex ſpuma maris, qui etiam ſpuma maris uocatur ligatus ſuper coxam pregnantibus mulieribus accelerat partum, & alligatus pueri collo, tuſsim uehementem habentis ſedat tuſsim.* Galenus *autẽ & Auicenna dicunt expertos eſſe quòd ſi rubeus* Corallus *ſuper dolentem ſtomachum directè contra locum doloris ſit ſuſpenſus ſedat dolorem. Hæc ſunt experimenta phyſica & à magnis uiris probata, quæ lapides uirtutibus ſuarum formarum & ſpecierum operantur. Ego autẽ lapidariũ* Ariſtot. *expoſuiſſem niſi quòd nõ ad me totus liber ſed quædam præpoſitiones de libro excerptæ deuenerunt.*

INCIPIT LIBER TERTIVS DE MINERALIBVS, in quo determinatur de metallis in communi.

Quæ ſit libri intentio & dicendorum ordo. Cap. 1.

Tractatus primus qui eſt de ſubſtantialibus metallorum.

TEMPVS AVTEM EST NVNC *conſequēter de metallorum naturis inquirere poſt lapidum inueſtigatam naturam, quia metallorum generatio frequenter in ipſis lapidibus tanquam lapidum ſubſtantia, ſit quaſi locus proprius metallicæ generationis, in hoc libro ſicut in præcedentibus: Ariſto. tractatum non uidi niſi per excerpta quædam, quæ diligenter quæſiui per diuerſas mundi regiones. Dicam igitur rationabiliter, aut ea, quæ à philoſophis ſunt tradita, aut ea quæ expertus ſum. Exul enim aliquando factus fui, longè uadens ad loca metallica, ut experiri poſſem naturas metallorum. Hac etiam de cauſa quæſiui in alchimicis tranſmutationes metallorū ut ex his innoteſceret aliquatenus eorum natura & accidentia eorum propria. Eſt autem optimum genus huius inquiſitionis & certiſſimum quia tunc per cauſam uniuſcuiuſque*

cuiuſque rei propriam, res cognoſcitur, & de accidentibus eius minime dubitatur, nec eſt difficile hoc cognoſcere ſicut nec de lapidibus ſcientia difficulter inueſtigatur, quia cauſæ eorũ ſunt manifeſtæ, & corpa eorũ nõ ſunt diuerſa ſed homogenea p totũ, & nõ ſicut alia corpora quæ propter ſui diuerſitatẽ per anothomiã nõ in toto poſſunt inueſtigari & ſciri. Poſt lapidũ autẽ cognitionẽ ponimus tractatũ de metallis, quia ſicut diximus lapis ſemper ferè inuenitur locus generationis eſſe metallorũ. Ego enim ipſe aurũ purũ inuentũ uidi in lapide duriſſimo, & aurum uidi immixtum ſubſtantiæ lapidis, & ſimiliter argentum ego ipſe inueni immixtum in lapide & purum in alio lapide, quaſi eſſet uena currens per lapidem diſtincta à ſubſtantia lapidis, Similiter autem expertus ſum de ferro & ære, & ſtanno, & plumbo, ſed hæc à ſubſtantia lapidis non uidi diſtincta, ſed ab expertis in talibus pro certo didici, quòd frequenter diſtincta, à ſubſtãtia lapidis inueniuntur, ſicut inueniuntur auri grana inter arenas. De tranſmutatione autem horum corporum & mutatione unius in aliud non eſt phyſici determinare, ſed artis quæ uocatur alchimia. Similiter autem in quibus locis & montibus hæc inueniantur, & quibus indicijs, partim eſt ſcientiæ naturalis, & partim eſt ſcientiæ magicæ, quæ uocatur de inuentione theſaurorum. Signa ergo quibus hæc loca generationis metallorum dignoſcuntur, inferius ponemus, & de alio modo inuẽtionis iſtorũ corporũ magis cõnitemur, eo quòd ſcientia illa non demonſtrationibus ſed quibuſ-

dam occultis & diuinis nititur experimentis. Sicut autem proceſſimus in libro de naturis lapidum, ita procedemus & hic primò in communi quærentes quæcunque de natura metallorum uidebuntur eſſe inquirenda, & in hoc complebimus librum tertium mineralium noſtrorũ. In quarto enim quæremus de metallis in ſpeciali ſecundum omnes ſeptem ſpecies ipſorum, & in hoc complebimus ſcientiã de mineralibus quæ ſunt prima homogenea mixta inter corpora naturalia ſicut diximus in fine Metheororum. Tandem autem loquemur de mediorum natura & complebimus in eis totam iſtius ſcientiæ de mineralibus intẽtionem. Non enim dubium eſt lapidum naturam minus diſtare ab elementis quàm naturam metallorum, propter quod fit facilioris commixtionis & proxima eorum materia uidentur eſſe elementa à ſe inuicem aliquid paſſa, ſed nõ ſic eſt in metallis, ſed quẽadmodum in animalium corporibus præcedere humorum temperantiã oportet in materia, ita ante formas metallorum, contemperantias oportet præexiſtere ſulphuris & argenti uiui & depurationem iſtorum, & fortè ſalis & auripigmenti & aluminis & quorundam aliorum. Hac igitur ratione potiſſimè ſcientia lapidum, metallorũ præcedit ſcientiam, & talem ordinem naturæ etiam nos ſequi congruum eſſe uidetur.

De propria materia metallorum. Cap. 2.

PEr artem autem quæ iam in Metheoris tradita eſt, ſcimus quòd omnium liquabiliũ prima materia eſt aqua, omne enim liquabile quãdiu liquatũ eſt, quærit terminum alienum non quieſcens inter terminos proprios, hanc rationem humidi diximus in ſecundo libro perigeneos. Cum igitur omne liquabile nõ ob aliam cauſam ſit liquabile, niſi quia humidum quod erat ligatum in ipſo ſolutum eſt & redactum ad actum proprium & uirtutẽ, hæc cognitio quæ eſt ſecundum nomen, cum dicitur humidum liquidum, ad quod per demonſtrationem dicitur liquefactum. Non enim poteſt eſſe quin omne fluens & quærens terminum continentis extrinſecus cauſetur à cauſa una uidelicet illa cui eſſentialiter & primò cõuenit termino alieno & non proprio contineri, hoc autem eſt humidum ſicut alibi eſt determinatum. Omnia igitur liquefactibilia ſunt fluentia, abundante humido aqueo incorporato quod eſt in ipſis. Amplius autem quæcunque congelantur à frigido, oſtendimus eſſe aquea in materia ſua prima in ſecũdo Metheororum. Non autem dubium eſt metallica cõgelari frigido aquæ, igitur humor erit omnium horum materia. Propter quod etiam Ariſtoteles peripateticorum princeps in quinto Methaphiſicæ dicit, omnium liquabilium materiam eſſe unã quæ eſt aqua. Scimus & his quæ in Metheoricis probata ſunt aqueum humidum eſſe de facili eua

poratiuum. Indicant etiam experimenta alchimica quoniam ſi aqua uel ea quæ ſimpliciter aqueam habent humiditatem ſiue naturalem & propriam, ſiue alienam et infuſam in alembico, ſuppoſito lēto igne uaporant per modicum ignem & operationem & deſtillat ex eis aqua & arida ipſa remanent. Metallica autem uidemus omnia ſuas etiam in magnis ignibus retinere humiditates. Oportet igitur humiditates materiales metallorum non eſſe ſimpliciter aquæ, ſed aliquid paſſæ ab elementis alijs. Si autem conſyderemus eas humiditates, quæ difficile ſeparantur ab his quibus ſunt naturales, non inuenimus aliquas, niſi unctuoſas & uiſcoſas quia ſicut in metheoris determinatum eſt, harum partes cōnectuntur ſicut cathenæ, et una earum de facili euelli non poteſt, cū ergo etiam magna aduſtione de metallis humiditates eorum non euellantur, ex eis oportet ipſas eſſe unctuoſas. Signum autem huius eſt omnem radicalem humiditatem in qua calor naturalis animalium caleſcit eſſe unctuoſam, quod proculdubiò ſapiens non prouideret natura, niſi quia difficulter ſeparabilis eſt, & difficulter ſiccabilis. Natura enim deſyderat permanere in eſſe diu & in indiuiduo & perpetuò in ſpecie, & ideo in alimentum caloris uitalis, huiuſmodi ordinauit humidum. Cum igitur ſimiliter in calore liquante metalla huiuſmodi inſeparabile uideatur humidum, erit abſq; dubio humidum illud quod eſt metallorū materia unctuoſum. Sed adhuc uidemus unctuoſum ī oleo et in omni pingui eſſe de facili inflammabile et aduſtiuum

eorum

eorum quibus cognatum eſt. Et uidemus quòd ignis non recedit ab ipſis donec conſumatur, ſicut uidemus in oleo lampadis et in humido radicali ethicorum, nihil tamē omnino tale uidemus in humido metallorū, uidebitur igitur alicui non eſſe fortè humidum unctuoſum materia metallorum. Nos autem ad omnia huiuſmodi obiecta excuſamur per hoc quod diximus in quarto metheororū noſtrorum, quoniam uidelicet duplex eſt unctuoſitas in multis rebus, quarum una eſt quaſi extrinſeca ſubtilis ualde nihil fæculentum uel cremabile habens admixtum, & hæc non eſt inflammabilis et intrinſeca rei retenta in radicib. rei, ne per ignem poſſit euelli & epotari, et nos dedimus de hoc exemplum in liquore qui eliquatur ex uino, in quo una eſt unctuoſitas ſupernatans inflammabilis & facilè abſtringibilis et quaſi accidentalis. Altera commixta toti ſubſtantiæ liquoris ipſius non ſeparabilis ex ipſa ſubſtantia liquoris niſi per defectionem ſubſtantiæ, et hæc non eſt cremabilis: idem etiam eſt in omnibus quæ profert natura. Signum autē huius eſt quod uidemus in arte alchimiæ fieri quæ inter omnes artes maximè naturam imitatur; hæc enim cum uidit nullo modo meliori fieri citrinum elixir quàm per ſulphur, in ſulphure autem uidit unctuoſitatem uſtiuā uehementer, ita ut oīa metalla adurat et adurēdo denigret, ſuper quæ liquefacta proijcitur, præcipit lauari acutis loturis et decoqui ſulphur, ita diu donec ab ipſo decocto aqua nō citrīa egrediatur, et ſublimari loturas has donec tota unctuoſitas, ab eo crēabilis egrediatur

eo quod

eo quod tunc tantum ſubtile unctuoſum manet quod ſuſti-net ignem & non crematur ab igne. Oportet igitur ſimi-le unctuoſum humidum abũdare in metallorum materijs quæ à natura producuntur, & hoc eſſe cauſam ductibili-tatis & liquabilitatis eorũ & hoc expreſſe dicunt auct. Auicenna & Hermes & multi alij peritiſsimi in naturis metallorum. Adhuc autem in omnibus metallorum gene ribus uidemus & liquefacta non reddunt humida, infun-dendo ea ſuper quæ funduntur, neq; quieſcunt in ſuper-ficie una, neque omnino dilatantur in ipſa, ſicut uidemus fere omne humidum aqueum unctuoſum, ſicut aquam, ui num, ceruiſiam, oleum, omnia enim hæc ſuperfuſa ſuper lapidem terram uel lignum quando planam inueniunt ſu perficiem infundendo ſuperficiem humefaciunt eam et di latantur in ipſa, metalla autem liquefacta nihil horum fa-ciunt, neq; adherẽt tãgentib. neq; diffundũtur in toto, ſed potius et conſtant ſecundũ aliquid, et defluũt ſecundũ ali-quid. Oportet igitur qđ humidũ ſubtile unctuoſum nõ ſit ſolũ materia eorum, ſed pfectè mixtũ cum terreſtri ſubtili quod non ſinit ipſum adhærere tãgenti, neque in toto de-fluere, ſed quaſi per globulos conſtare, eo quod ubique in ipſo terreſtre ſubtile apprehendit & quaſi glutiendo te-net humidum & terminat ipſum, ad hoc quod non ſinit ipſum adhærere alij quàm ſibi, & humidum ubiq; ſit ex-tra ſeipſum educit ſiccum terreum quod fluit et currit in ſuperficie plana, ſi enim eſſet non ubique protectum ab humido, ſiccum terreum profectò in igne liquãte combu-

reretur

reretur & efficeretur ſcabroſum ſicut omne ſiccum terreſtre quod non coopertum humido inuenit ignis in ferro adurit ipſum & facit ſcabroſum, idem aūt eſt ferè in metallis omnibus. Patet *igitur primam materiam eſſe metallorum humidum, unctuoſum, ſublile, quod eſt incorporatum terreſtri ſubtili, fortiter commixto, ita quòd plurimum utriuſque non tantum cum plurimo utriuſque, ſed etiam in plurimo utriuſque.*

Correlarium præcedentium, quare lapis non producitur neque liquatur ſicut metalla. Cap. 3.

EX *quo ulterius facilè quæſtio determinatur quæ quæri conſueuit quare lapis non liquatur, ſed æs et metallum.* Adhuc *autem lapis comminuitur & calcinatur quod non fit metallo omnino ſed per ſolum ignem.* Huius *enim facilè patet ſolutio, lapis enim terræ eſt magis, neque habet humidum ubique protegens terreum, neque habet humidum ſic unctuoſum ſicut metalla, et ideo cum in igne optico ponitur euaneſcit humidum aqueum, & lapis redigitur in calcem, & cum ſiccum in lapide uicerit humidum, omnino eſt lapis comminuibilis cum econuerſo in metallis humidum uincat ſiccum & metallum liquabitur.* Eadem *autē cauſa eſt quare lapis non eſt producibilis malleis, ſed metalla malleis producuntur, pro*

fectò enim metalla habent unctuoſam humiditatem abundantem fortiſsimè ſicut enſis ligaturis ſecum tenet partes terreas, cũque in ictu mallei de ſitu ſuo expellitur pars aquea, cuius ſemper eſt cedere tangenti ut diximus in perigeneos et in metheoris uiolenter et inſeparabiliter ſecum trahit terrea, & ſic continuè producitur et non diuiditur propter uiſcoſitatem & optimam & fortiſsimam permixtionẽ terrenorum cum unctuoſis aqueis. In lapide autem præualet ſiccum quod tangenti reſiſtit & non cedit in ſeipſum et cum effectus ſicci ſit ſcindi ad ictum mallei in ſe cedere non ualens diſsilit & comminuitur. Terreſtre autem natans & abſorbtum in humido in materia metallorum eſt ſubtile ualde non corruptum neque expreſſum in toto ab humido ſicut facit frigus extremum, ſed potius quaſi digeſtum pepanſi et non coctum opteſi, neque aſſatum opteſi ut tradidit Auer. Eſt enim humiditas ſibi frigida propria & non aliena, & ideo in ipſa decoctum & digeſtum & ſibi connaturale factum, ita quòd ſiccum currit & fluit cum humido, & humidum retinetur cum ſicco terreo, ſic enim in tali ceruice ſecundum Emp. capita colliguntur Germanorum. Si autem eſſet opteſi digeſtum ut nõnulli imperiti tradunt alchimiſtarum, eſſet proculdubiò intra & extra humidum & non totum à toto traheretur humido, contrarium autem eſſet ſi opteſi eſſet digeſtum, ut quidam alij præter rationem dixerunt, tunc enim extra non eſſet apprehenſum ab humido, ſed derelictum & intrinſecum ſui paucam haberet humiditatem. Huius autem ſignum eſt,

quoniam

quoniam ea quæ non plenè digeſta ſunt, ſed molinſim quandam paſſa, aut ſcabroſa inueniuntur ut ferrum & æs aut incompleta ut plumbum, aut balbutientem habentia ſunt cõmiſtionẽ ut ſtannũ. Hæc aũt in ſequẽtibus erũt manifeſta.

De ſententijs antiquorum et de materia metallorum. Cap. 4.

HOc *autem quod* Auicẽna *tradidit tam in phyſicis, quàm in alchimia ſua, ea epiſtola quam ſcribit ad* Hazem *philoſophum, his quæ hic dicuntur non eſt contrarium.* Dicit *enim in utroque iſtorum librorum, argentum uiuum & ſulphur eſſe omnium materiam metallorum.* Humidũ *enim de quo loquuti ſumus, ſicut diximus terreo admixtum, eſt materia argenti uiui proxima & ſubſtãtia unctuoſitatis quam deſcripſimus, eſt propria et eſſentialis materia ſulphuris.* Hermes *autem & quidam aliorum dicere uidentur metalla ex omnib. elementis conſtitui, quod proculdubiò negandum non eſt, ſed tamen rerum materia non determinatur ex his quæ aliquo modo ſunt in eis, ſed potius ex his quæ in ipſis abundant. Sed præ omnibus mirabilis & deſyderabilis eſt ſententia quam quidam in alchimicis* Democrito *attribuunt quòd uidelicet calx & lixiuium ſunt materia metallorum, ſi enim calx eſſet materia cum ipſa ſit combuſta aqua permixta ſibi areſieret, ſicut in cemento & rediret ad duriciem lapidis metallum & comminuibile & non liquabile efficeretur. Amplius autem igne ſuppoſito proculdubiò metallum induraretur & non liqueſcere ſicut uidemus de cemento.*

ſicut aūt lixiuiū uocat aquam acutā ſicut alchimici exponunt remouentē à calce ſalſedinē et acredinē quæ eſt ex cōbuſtione ſicut docent alchimici in loturis ſuis, et hæc aqua ſit materia metallorū, adhuc inconueniēter dictū eſt, quia calx eſt ſubſtantia terreſtris, ſed per ea quæ in metheoricis tradita ſūt, ſcimus quod omne terreſtre cōbuſtū cōtractos & conſtrictos habet poros, talis autem calx exiſtens impedit ingreſſum aquæ ad interiora calcis, non ergo unquam bene & fortiter conglutinatur, propter quod & cementum de facili per ignem euaneſcēte humido farinatur & cadit de muro. Non ergo conueniens eſt dictum Democriti de materia metallorum, deceptus autem fuit ſigno non ſufficienti, uidit enim quod elixir ad lunam melius hoc eſt ad argentum habuit radicem in qua recipitur calx & ceruſa, et propter hoc credidit aliquid ſimile eſſe in phyſica materia et naturali corporum metallorū, hoc autem non eſt neceſſarium, multis enim indiget ars quib. non indiget natura, ars autem non indiget calce & ceruſa, niſi ad indurandum et colorandum, hoc autem in propria materia operatur natura ſola digeſtione. Nos enim oſtendimus in metheoris omnem digeſtionem decoctionē facere conſlare & inſpiſſare digeſta et decocta, etiam præter hoc quod aliquid extrinſecus apponatur his quæ decoquuntur. Gilgil autem quidam ex Arabia Eſpalenſi quæ nunc Hiſpanis reddita eſt, in ſecretis ſuis probare uidetur cinerem infuſum eſſe materiam matallorum, perſuadens hoc ratione debili quoniam nos uidemus quòd per aſſationem

tionem fortem calidi & ſicci, cinis liquatur in uitrum, qui congelatur frigido, et liquatur calido ſicco ſicut metallum. Videbitur ergo quòd eorum materia eſt una, quorũ enim unus eſt modus congelationis, & unus modus liquefactionis, eorum materia uidetur eſſe una ſecũdum naturam, ſicut traditur in ſcientia metheororum ut dicit. Amplius autem terreſtre non uidemus ſubtiliari & diuidi & per miſceri cum humido, niſi per maximam uim ignis ſubtiliantis & diuidentis ipſum & eleuantis ipſum in humidum ut illi permiſceatur, ſic autem ſe habet terreſtre quod eſt incineratum in metallorum humidis, quare uidetur iſti q; cinis terreſtris ſit propria materia metallorum, propter hoc inquit merguntur ſub aqua omnia metalla, quod non facerent, ut ait, ſi in ipſis abundaret humidum unctuoſum ut dictum eſt. Adhuc quæcunque habent unctuoſam humiditatem, ut inquit Gilgil, ſunt cremabilia ſicut ligna, nullum autem omnino metallorum cremabile et inflammabile eſt, & ideo unctuoſum non uidetur habere humiditatem pro materia. Habent igitur cinereum terreſtre infuſum humido aqueo, ut aſſerit. Hæc autem inconuenienter & ſtultè dicta ſunt, quoniam ipſe Gilgil mecanichus & nõ philoſophus fuit, ſed de mecãicha alchimia preſumẽs præſumpſit mentiri de phyſicis. Quod autem falſum dicat, patet per ea quæ in metheoris de cinere dicta ſunt, ibi enim dictũ eſt q; per aquam infuſam nõ includitur, eo q; habent poros patulos ubiq; emittẽtes aquæ humidæ conceptum, ſi igitur cinis eſſet materia metallorum nunquam per ali

quod humidum conglutinaretur in ipſis. Adhuc autem p̄ operationes ignis in cineribus uidemus humidum quod de ſtillat per cineres effici citrinū uel rubeum: ſi igitur cinis eſſet ꝓpria materia metallorū ea coloraret in citrinū uel colorē rubeū, quod nos oculata fide ꝓbamus eſſe falſum. Sed tunc negamus materiam quæ intrat in eſſe uitri eſſe ci nerem, ſed potius humidum illud puriſſimum quod erat radicale et intrinſecum ei quod incineratum eſt, quod pro pter unius ignis incinerantis extrahi non poterat ſed fluit per ignem fortiſſimum in camino confricatum, & hoc eſt humidum paſſum à ſicco uehementiſſimè ſicut diximus in ſcientia libri de lapidibus, hæc igitur materia liquabiliū & materia prima & remota una communis huiuſmodi ui delicet humidum. Et ſi aliquis dicat quòd cōmiſceri nō po teſt niſi diuidatur, dicendum quòd his dimiſſis non eſt inci neratio, ſed cōmixtio quæ eſt cōmiſcibilium alteratorū u= nio, ita quòd minimū terrei eſt cum minimo aquei & econ uerſo, & plurimum unius cū plurimo alterius, ita tamen quòd neutrum à ſuis generis particulis ſeparatur, nunquā enim inuenitur pars terrea, ſeparata ab alia terrea, uel aqua ſeparata ab alia aqua ſed ita eſt plurimum unius cum minimo et plurimo alterius, quòd nequaquam, ut iam di= xi, alterutra ſeparantur à ſuis homogeneis, & hoc Gilgil ignorauit. Quòd autem dicit mergi metallum non eſt ſufficiens, cauſa autem huius non eſt ultra modum in eis abundare, ſiccum terreum cinereum, ſed potius quia ha= bent terreum incorporatum humido clauſis poris aërem

retinen

retinentibus per humidum, et ideo omnia ſubmerguntur in aqua, nec eſt conueniens de humiditate unctuoſa cremabilium. Quoniam nos in phyſicis oſtendimus unctionem oleagineam eſſe ſeparatam à materia tali, & remanſiſſe ſubtilem humiditatem, cremabilem. Hæc igitur ſub compendio dicta ſint de materia metallorum.

De cauſa efficiente & generatione metallorum in communi.

Cap. 5.

AD *hunc autem modum loquemur de efficiente, in ſuperficie enim conſyderando uidetur ad omnia metalla ad ſpeciem et complemētum deducere frigiditas, per eam enim conſtanter congelantur, coagulo autem & conſtantia ipſorum uidetur dare eſſe eiſdem cum liquefactio ſit ipſorum diſſolutio & corruptio, cuius ſignum eſt quòd in liquefactione in pluribus eorum aut omnibus aliquid à ſubſtantia ipſorum ſeparetur. Nihil autem omnino deperditur de ipſis per congelationem propter quod plurimi dixerunt ſolam frigiditatem congelatam, cauſam eſſe generatiuam in metallis. Amplius in his quæ uitæ accipiunt ſpeciem & formam, non eſt ibi aliquid terminans materiam ad formam & conuertens niſi calidum, uidebitur ergo ſic eſſe etiam in metallis: hæc autē maxima uidetur ex hoc q; metalla ſpecies ſuas retinēt ſiue ſint liquida,*

ſiue ſint coagulata, ſi autem frigiditas daret ſpeciem nō haberent ſpeciem niſi quando eſſent coagulata uel congelata, uidetur ergo frigiditas non eſſe cauſa generationis metallorum. Adhuc autem congelatio et coagulatio ſunt ſpecies materiales quæ multis non æquiuocè accidunt, quæ tñ & diuerſarum ſunt formarum in ſpeciæ & diuerſæ naturæ, nulla autem forma ſubſtantialis hoc modo conuenit diuerſis. Cum autem materia omnium metallorū ſit humidum, quod in ſe habet terreum ſubtile digeſtum, quod cum aduritur odorem fragrat ſulphuris non omnino fœtidi. Sulphur autem non generatur niſi per calidum, oportet quòd calidum digerens & conuertens terreum & aqueum, & permiſcens ea ſit cauſa tranſmutans materiam, calidū igitur erit cauſa generationis metallorum. Amplius autem habitum eſt in metheoris, quòd illud quod inſpiſſat fluidū et conſtare facit, eſt calidum digerens, conſtat autem quòd cum cauſa prima horum quæ uocamus metalla ſit aqua terreum habens admixtum aliquid, facit eam conſtare & inſpiſſare ad mixtionem metalli, hoc autem ut patet calidum eſt ex dictis. Oportet igitur calidum eſſe cauſam generationis metallorum. Adhuc autem nos ſæpe in antehabitis libris oſtendimus quòd cauſa commixtionis eſt calidum, ſecundum proprios enim motus elementum fugat extra aliud elementum, licet enim aqua deſcendat per ſe, tamen aaſcendit à terra, & terra deſcendit ab aqua. Cum igitur frigiditas non moueat terram in aquam ut comprehendatur & cōtineatur in ea ſcilicet caliditas oportet quod calidum

lidum ſit cauſa generationis metallorum. Sed ulterius con ſyderando uidebitur non ſolũ calidum eſſe cauſa generationis horum, quoniam ſicut in libro de generatione lapidũ dictum eſt, abſq; dubio ſi ſolum calidũ eſſet cauſa, continuè ageret abſque humidi naturalis deſiccatione et terrei incineratione, nos autem uidemus q̃ ſtat ad ſpeciẽ & formã metalli, oportet igitur quod ipſum calidum ſit ſicut inſtrumentum directũ ad finẽ qui eſt metalli forma, & ne rectũ in operatione deuiet. Adhuc aũt inuenimus inuẽtas eſſe artes plurimas ut quælibet earũ ad finem ducat operationem per inſtrumentũ factum, ſic ſtudent coqui in elixãdo, & aſſando, & oẽs alij qui per aliam digeſtionem nituntur conuertere materias. Similiter igitur oportet q̃ ſit in natura quæ in operib. ſuis omni arte certior eſt & directior ſicut eſt in omnib. alijs, ita proculdubiò uirtus formatiua eſt in materia & ſtellis et cœlo influxa, quæ ad ſpeciem dirigit calidum digerens materiã metalli, ſicut enim & in alijs dictum eſt calidũ hoc habet rectitudinem & uirtutem formalem ex intellectu mouente & efficaciã ex uirtute luminis & calidi quod cauſatur ex lumine ſtellarum & orbis te uirtutem ſegregandi homogenea ab etherogeneis p uirtutem ignis, oportet enim quòd ibi inconuenientia conſumantur calido ignis digerentis, cum digeſtio ſit cõplexio à naturali et proprio calore ex contraiacentibus paſſionibus. Remotis autem his à materia oportet adhuc quòd materia terminetur & compleatur ad ſpeciem, & hoc facit calidũ terminãs quod nullo modo poteſt habere uirtu-

tem terminandi niſi p uirtutẽ eius qui eſt terminus: eſt aũt forma terminus: oportet igitur quòd uirtus formalis dirigat & informet ipſum calidum terminans: forma aũt hæc non eſt forma quæ inducitur in materiam. Oportet igitur quòd ſit forma primi efficientis quòd dat formas ĩ tota ſpecie naturali. Hic autem eſt motor orbis formas naturales explicans per motum cœli et qualitates elementorum, ſicut artifex explicat formas artis ſecuri et malleo, propter quod dicit Ariſtote. quòd in opere naturæ eſt ſicut in arte, ubi domus eſt ex domo & ſanitas ex ſanitate ea quæ in calidis & frigidis ex ea quæ eſt in anima medici. Hæc igitur eſt cauſa generatiua metallorum propria.

De forma eſſentiali metallorum. Cap. 6.

Forma autem eſſentialis in omnibus dat eſſe et uidetur in metallicis aliud eſſe à coagulatione, propter hoc quod hic ut diximus, etiam liquefacta numerum et ſpeciem retinent. Aurum enim liquidum & eſt ſimiliter argentum & alia metalla et hanc formam præcipuè in metallis numeri proportionem, quidam autem quòd ui terræ conſequitur eſſe dicunt. In quibuſdam enim alchimicis libris qui Platoni inſcribũtur, numerus uel proportio numeri uocatur forma metallica quam proportionem in uirtutibus poſuit conſtituentium elementorum, eò quod ipſe omnia hæc generat proportione uirtutis terræ cum cœleſti. Eſt aũt uirtus terrea frigda, ſicca. Virtus autẽ cœleſtis

ſecundum

ſecundum narrationem 7. planetarum ut dixit. Si ergo plus fuerit uirtutis terreæ quo ad tres uirtutes ipſius quã planetarum in immiſſione luminis et nobilitatis obtinebit fuſcum & ponderoſum et frigidum ſicut plumbum eſt. Si autem plus fuerit uirtutis cœleſtis minus autem de potentijs terræ erit fulgens ualde incorruptioni appropinquãs ſolidum, & quia ſolidum, ideo neceſſariò graue, & quo ad hoc et ecõuerſo dicitur proportio conſtituẽs auri ſpeciem. Ad hunc autẽ modum etiam alia dicit formari propter quod etiam 7. genera metallorum 7. planetarum nominibus uocarunt dicentes: Saturnum plumbum. Iouem autem ſtannum, Martem aũt ferrum, & Solem aurum, Venerem æs, Mercurium uerò argentum uiuum, & Lunam argentum, aſſerentes quod hoc propter diuerſos numeros ſuæ compoſitionis cõplexionem acquirunt 7. planetarum. Hermes autem huiuſmodi auctor uidetur eſſe ſententiæ, licet Plato poſtea fuerit hunc in opinione imitatus. Hoc autem ab his, alchimici uidentur accepiſſe, aſſerentes lapides precioſos ſtellarum & imaginum habere uirtutem, ſeptem autem genera metallorum formas habere ſecundum ſeptem planetas inferiorum orbium, & ſic uirtutes cœlorum, primò in terra reſultare, & quaſi ſtellas ſecundas facere. In teſtimonium autem huius aſſertionis inducunt quod, et uerum eſt quòd orbis mouet terram, & hanc eſſe cauſam diuerſitatis figurarum in generatis in terra, & multitudinis quæ generatur in eadem potius quàm in alio elemento.

Hanc

Hanc opinionem pater Hermes trimegiſtus approbare uidetur, qui dicit terram eſſe matrem metallorum, & cœlũ patrem & inpregnari terram ab hoc in montibus campeſtribus et planis et in aquis et cæteris omnibus locis. Nos *aũt hanc opinionem ſic intelligimus quòd proportio principiorum uirtutum uidelicet agentium & patientium ſit diſpoſitio ad formã ſubſtantialẽ, ſicut & in omnib. alijs, et quòd forma eſt quam dant prima formalia et agentia principia quæ prima ſunt agentia tãquam uirtus formatiua in materia, ſicut nos diximus in ſcientia lapidum. Quod autem genera metallorum ſint magis attributa planetis quã alijs ſtellis, ideo dictũ eſt, quia cum lapides ſint ſtabilis eſſe & formæ coagulationis attribuuntur ſtellis fixis et imaginibus ſtellarum fixarum quæ perpetuò ſuos retinent ſitus & figuras, ſitum autem uoco non illum qui eſt poſitio ſtellæ in loco orbis quia illũ mutat omnis ſtella, ſed potius quoniam habet in imagine ad aliam ſtellam, ſicut uerbi gratia quod in una linea ſecundum æqualem in omni tempore diſtantiam inueniuntur duæ ſtellæ lucidæ, quæ ſunt in cornu arietis, cum ea quæ uocatur genu perſei & ſic de alijs ſtellis, quia aliter imagines cœli corrumperentur, ſic inueniuntur in una diſpoſitione & figura lapides quandiu ſunt, ſed metalla quaſi erraticum habent motum, modò liquida & modò coagulata, et cum liquidum ſit materia eorum et liquidum ſit errantis motus, uidebitur in genere conuenire in planetis, & uirtutes planetarum influere elementorum uirtutib. dare ſpeciem, & hæ uirtutes ſic cauſare,*

&

& influxæ formant ad ſpeciem & conueniunt cum formis metallorum, ſicut formatiua quæ eſt in ſemine animalium conuenit in ſubſtantia cum forma quæ inducitur per generationem, & ſicut forma artis conuenit cum artificiato, et hoc modo uerum eſt quod dicunt Platonici, hoc enim modo prima cauſa fecit ſementem formarum & ſpecierum omnium & tradidit eam ſtellis fixis & planetis exequendam, ut dicitur in Thimeo. Et hæc etiam eſt cauſa quare iuxta planetarum numerum & proprietates, ſpecies metallorum accipiuntur. Scimus enim ex traditis in prima philoſophia ab Ariſt. quòd omnis generatio eſt ex conuenientibus, licet non omnino conueniens ſit ſecundum ydeam & formam & rationem, & hoc modo etiam omnis generatio equiuoca ad uniuocam habet reduci. Quod autem Auicē. dicere uidetur quòd aliquando uis terrea dat huiuſmodi formas, & quidam attribuunt hoc dictum falſò Ariſto. nō intelligitur quòd uis terrea eſt quæ ſit ſecundum ſolius terræ potentias, operans eſt enim ex alijs, ſcimus enim quòd id quod dat formam cōuenit cum ipſa, in tantum quod Ariſtot. dicit animam eſſe in ſemine ſicut artificem in artificiato, ſed uis terrea uocatur à philoſopho uis terræ, in loco generationis metallorum. Hæc autem habet in ſe uirtutes cœleſtes per modum quem diximus, licet enim fortè concedendum uideretur quòd uis terræ quæ eſt frigido & ſicco operās, alio modo inſpiſſaret humidū, ingroſſando ipſum ad naturam & conformitatē terræ, tamen nullo modo poteſt ſiccum & frigidum dici cauſa fortis & tenacis permi-

xtionis qualẽ nouimus eſſe in metallorũ materijs. Adhuc autem uis terrea hoc modo dicta non conuenit niſi cum ſpeciae & forma terræ, non igitur daret illam formam quæ eſt elementi, eo quòd iam conſtitit & ſupponitur omnem generationem eſſe ex cõuenienti etiam eam quæ eſt equiuoca, ſicut eſt omnis generatio lapidum & metallorum in quibus neque lapis ex lapide, neque metallum ex metallo unquam generatur, & ſi hoc dicatur quòd unus ſolus lapis concipit alium, tamen non intelligitur quòd de parte ſui ſeminis generetur, ſed potius de alia materia quæcunq; ſit illa, niſi fortè ſit medium inter lapidem & plantam, ſicut multa media inter plantam & animal inueniuntur, ſicut Spongia & Stincus & huiuſmodi.

De opinione Caliſtenis dicentis eſſe formam tantum unam. Cap. 7.

E*Xperimenta autem alchimicorum graues duas nobis hic ingerunt dubitationes. Videntur enim illi dicere quòd ſola auri ſpecies eſt forma metallorũ, & omne metallum aliud eſſe incompletum. Adhuc & in uia eſſe ad auri ſpeciem ſicut res incompleta quæ eſt in uia ad perfectionẽ, propter quod dicunt ægra eſſe metalla quæ in materiam non habent formam auri, & ſtuduerũt ad medicinam quam elixir uocant, per quam ægritudines metallorum in commixtione & commixtis materiæ metallorum remouent.*

remouent, & ſic dicunt ſe educere illam formam auri & ſpeciem, & ad hoc inueniunt multos modos & diuerſos quibus illud elixir componitur & temperatur ut penetret & adurat, & in igne maneat & coloret & afferat conſolidationem & pondus. Oportet igitur hic nos querere de hsi. Si enim eſt uerum quod hic dicunt, abſque dubio non erit niſi una ſpecies metallorum, et alia ſunt molinſim paſſa ab illo, & ſicut abortiui fœtus naturæ qui ſpeciei figuram proprie nondum acceperunt. Secundum hoc etiã ſi & hoc uerum & probatum inuenitur, non oportet nos laborare ad hoc, utrum ſpecies in alchimicis permutentur uel remaneant, eò quòd ſecundum hoc nullas prorſus habent ſpecies niſi ſolius auri quod alchimia non permutat. Cœleſtes enim præcipuus in hac ſententia dicit alchimiam eſſe ſcientiam quæ inferioribus metallis nobilitatem attribuit ſuperiorum. Propter hanc quæſtionem debitè diſcutiendam plurimos inſpexi libros alchimicos & inueni libros illos abſque ſigillo & probatione tantũ expertis inniti et cœlare intentionẽ eorũ per uerba methaphorica quæ nunquã fuit cõſuetudo philoſophiæ. Solus autẽ Auicenna uidetur tãgere rationes & Raſis ualde paucas ad ſolutionẽ dictæ quæſtionis nos in aliquo illuminãtes. Ad hoc autẽ ꝙ ſola auri ſpẽs ſit metallorũ forma ſic ratiocinatur, quoniã eorũ quæ eadẽ habẽt elemẽta proxima et unũ cõmixtionis modũ uidetur eſſe una forma tantũ, eo ꝙ, ſicut dicit Plato ꝙ ſecundũ meritũ materiæ, formæ dantur, et ſicut prius diximus generationem ex conuenienti, nec poteſt ex eiſ-

dem & uno modo commixtum pluribus ſecundum ſpecieͤ differentibus eſſe conueniens. Eſt autem omnium metallorum commixtio ex ſubtili terreo ſulphureo & ex radicali aqueo, cuius oleum ſeparatum eſt ab eo, & ſuperflua humiditas aquea ſicut cōſtat ex prædictis. Videtur ergo una tantum eſſe ſpecies iſti reſpondens per conuenientiā. Amplius expertum eſt quòd per elixir æs redit ad argentum & plumbum ad aurum, & ſimiliter ferrum ad argētum. Videtur ergo quòd ſint in materia idem & per conſequēs habere formam unam quæ eſt ſicut complens materialia præcedentia. Amplius eorum non uidetur eſſe differentia niſi in accidentibus ſcilicet calore ſapore & pondere, & raritate & denſitate, quæ omnia non accidunt niſi materiæ. Ex his igitur & huiuſmodi opinionem acceperunt dicentes metallorum ſpeciem eſſe unicam & eandem & materiales infirmitates eſſe plures. His autem contrarium eſſe uidetur quia materia nulla ratione eſt in aliqua rerum naturalium permanente in natura niſi ſit cōpleta per ſubſtantialem formam. Videmus autem argentum permanere & ſtannum, et ſimiliter alia metalla, uidebūtur igitur eſſe completa per ſubſtantiales formas. Amplius quorum proprietates et paßiones ſunt diuerſæ, eorum ſubſtantiā diuerſam eſſe neceſſe eſt, paßiones autem metallorum in colore & odore & ſonoroſitate ſunt omnino diuerſæ. Non enim poteſt dici hæc accidentia eſſe communiter accidentia cū omnibus unius naturæ metallis ſemper & ubique conueniant oportet igitur ſubſtantias eorum eſſe diuerſas &

ſpecies

ſpecies. Amplius autem ſi commixtio ex eiſdem faceret ſpeciem debere eſſe eandem, omnia quæ generantur eſſent unius & eiuſdem ſpeciei, quoniam omnia generantur ex elementis. Patet igitur non procedere illam rationem quam induxerunt de componentibus elementa, diuerſæ enim proportioni mixtorum diuerſæ attribuuntur formæ generatorum & diuerſæ proportio mixtorum & mixtionis eſſe in metallis ſicut nos inferius cum in ſpeciali loquemur de ipſis oſtendemus. De experimento autem quod inducunt non ſufficiens eſt adhibita probatio, quoniam non eſt certum utrum indicat colorem argenti & auri pondus & odorem, propter illud quod additur & penetrat in æs uel plumbum uel indurat ſubſtantiam & probaſſe debuiſſet Caliſtenes quòd ſubſtãtiam auri induceret, quod ſi fortè concederetur quòd ſubſtantia auri inducat, adhuc nõ eſt ſufficiẽs probatio ad hoc, quòd non ſit niſi una ſpecies metallorum, quoniam calcinando & ſublimando & diſtillando & cæteris operationibus, quibus elixir per materiam metallorum faciũt penetrare, corrumpere poteſt ſpecies metallorum quæ primitus infuerũt materiæ metallorum & tunc relicta materia communi non propria metallorũ, iuuamine artis poteſt deduci ad aliam ſpeciem. ſicut iuuantur ſemina aratione & ſeminatione, & ſicut iuuatur natura per medicinarũ induſtriam. Patet igitur ex hoc nullatenus cogi nos ad hoc ut putemus unam tantum ſpeciem eſſe omnium metallorum, quorum inuenimus & loca generatiua & principia & paſſiones eſſe ualde differentes,

quod autem de per accidens inductum eſt non ſatis conuenit, quia ſicut iam diximus iſta non ſunt accidentia communiter, ſed per ſe & indicantia differentias ſubſtantiales à quibus cauſantur in materia metallorum.

De opinione Hermetis & aliorum philoſophorum qui hæc metalla plures habere formas determinant. Cap. 8.

HErmes *autem &* Gilgil *&* Empedocles *& ferè omnes illius cœtus alchimiſtarum huic oppoſitã multum defendere uidentur opinionẽ.* Dicunt enim *in quolibet metallo plures eſſe ſpecies & naturas metallorum, & aliam quidem eſſe occultam, & aliam manifeſtam, & aliam intus, & aliam extra, & aliam in fundo, & aliam in ſuperficie eſſe poſuerunt, ſicut hi qui latentiam dixerũt formarum et omnia dixerunt eſſe in omnibus ſicut placuit* Anaxa. P*lumbum autem dicunt intus eſſe aurum & extra plumbum, aurum autem econuerſo, extra in ſuperficie aurum & in profundo & intus eſſe plumbum.* Eodem autẽ *modo ſe ad inuicem habere æs & argentum, & ferè quodlibet ad quodlibet metallum & uidetur hoc eſſe mirabiliter dictum, homogeneum enim intus & extra & in occulto & in aperto & in profundo & in ſuperficie eiuſdem eſt ſpeciei & formæ, cõſtat autem ſpecies metallorum eſſe in homogeneorũ generatione contentas, & ſic omnino abſurdum eſſe uidetur quod dicunt.* Adhuc autẽ *illi dicunt ſe*

non

non uocare intus & extra & cæteras appellationes ſecundum ſitum partium in toto, ſed ſecundum proprietates & naturas dominantis uel nõ dominantis, dominans enim in ſe clauſum occultat illud ſuper quod dominatur. Secundũ hoc autem directè iſti dicunt ſententiã Anaxagoræ, omnia uidelicet metalla eſſe in omnibus & denominationem fieri à plus dominante. Si autem hoc eſſet uerum quod dicunt cum ſciamus aurum ab igne non aduri ſed plumbum præcipuè ſi ſulphure aſpergatur, deberet exuri plumbum igne appoſito & remanere aurum quod occultum eſt in ipſo, et hoc fieri nos non uidemus. Similiter autem argentũ à plũbo defenditur ne uratur, tunc plumbo conſumpto deberet remanere argentum quod infuerat plumbo ut dicunt, niſi fortè infinitum dicunt eſſe quodlibet metallum in aliud ſicut dixit Anaxa. & ideo nullũ eorum in toto, ab igne poſſe conſumi, ſed hoc nos improbauimus in principio noſtrorũ phyſicorum. Præterea ſi hoc in eis uerum eſſe concedatur nunquam per ignem tantum aduri poßet de aperto quod liberari & manifeſtari poſſet occultũ & tunc in uanũ eſſet totũ ſtudiũ alchimiæ. Nõ ergo cõuenit hoc dictũ cũ phyſicis rationibus quas in omnib. libris determinauimus. Fortè autem hoc dicunt propter uicinitatẽ horũ metallorum quã in materijs habent. Cũ enim plumbum, ſuperfluũ humidum habeat aqueum & aliquid habeat pinguedinis aduſtibilis & terreũ habeat nõ bene cõmixtum cũ aqueo, ſed neque bene depuratum cõuenit aliquando per ſapientum induſtriam per calidum ignis extrahi ab ipſo per euapora

tiones ſuperfluum humidum aqueum & aduri in ipſo totum pingue oleagineum & depurari per ſublimationem illud quod eſt in ipſum terreum ſulphuratum & commiſceri uaporabiliter in aliquo præfocando continente uaporem terreum cum aquea radicali optima & formatiſſima commixtione, & ex ui caloris conuertit humidum ad calorem citrinum, & tunc habere ſplendorem auri & coloris, hæc enim uia artis ſimillima eſt uiæ naturæ ut inferius dicemus. Sed licet hoc ſit uerum, tamen nõ propter hoc dicetur aurũ eſſe in profundo, quia datò quòd hoc ſit aurum quod ſic effulget ex plũbo, tamẽ iam ſcimus quòd iſtæ trãſmutationes corrumpunt in toto plumbũ. Cum igitur plũbi ſpecies nunquam ſimul inſiuit auri ſpecies in materia eadem, hoc autem multo magis uidebitur uerum quãdo non eſt probatum, hoc quod ſit de plumbo dicitur eſſe aurum hoc eſt fortè aliquid auri ſimul eſt non aurum, eo quòd ſola ars non dare poteſt formam ſubſtantialem. Præterea alchimicum uix aut nunquam inuenimus ſicut dictum eſt in toto operantẽ, ſed potius citrino elixir colorat in auri ſpeciem & albo elixir colorat in argenti ſimilitudinem ſtudens ut color in igne remaneat, & penetret per totum metallũ, ſicut ſpiritualis ſubſtantia immiſſa materiæ medicinali, & hoc modo operationis poteſt induci flauus color ſubſtantia metalli remanente, & tunc iterum non habetur ꝗ plures ſpecies metallorũ inſint ſibi inuicem. Hæc igitur et ſimilia ſunt de quibus eliditur dictum eorum qui quamlibet metalli ſpeciem dicunt eſſe in altera.

Vtrum

Vtrum ſpecies metallorum poſſint adinuicem tranſmutari ſicut dicunt alchimici. Cap. 9.

Ex omnibus autem his inductis poſſumus conſyderare, utrum uerum ſit quod quidam Ariſtot. dicūt dixiſſe, cum ſecundum rei ueritatem dictum ſit Auicennæ, quòd uidelicet ſciant artifices alchimiæ ſpecies permutari nō poſſe, ſed ſimilia his facere poſſunt ut tingere rubeum citrino ut aurum uideatur, et album tingere donec ſit multum ſimile argento uel auro, uel cui uoluerint corpori. Cæterum autem quòd dextra ſpecifica aliquo tollatur ingenio, non credo poßibile, ſed expoliatio accidētium non eſt impoßibilis, uel ſaltem diminutio eorum. Hæc enim eſt ſententia Auicennæ, quā dicit eſſe Haſten philoſophi præcipui in naturis & in mathematicis, tamen Auicen. in alchimia ſua dicit, quòd contradictonem eorum qui in alchimicis de permutatione metallorum cōtradixerunt, inuenit, propter quod & ipſe ſubiungit quòd non permutantur ſpecies niſi fortè in primam materiam, & in materiam metallorum reducantur, et ſic iuuamine artis deducantur in ſpeciem metalli quod uoluerint. Sed tunc oportet nos dicere, quòd alchimicorum periti operātur ſicut periti medicorum, medici enim periti per medicinas purgatiuas purgant materias corruptas & facilè corruptibiles & impedientes ſanitatem quæ eſt finis intentus à medico, &

poſtea per confortantia naturam iuuant uirtutem naturalem ut digerendo ſanitatẽ naturalem inducant. Ita enim proculdubiò ſanitas effectus erit naturæ effectiuæ & artis organicæ et inſtrumentaliter. Per omnem aut eundem modum dicemus operari alchimicorum peritos in tranſmutatione metallorum, primò enim quidem purgant multum materiam argenti uiui & ſulphuris quam ineſſe uidemus metallis, quia purgata confortant uirtutes materiæ, quæ inſunt ei elementales & cœleſtes, ad proportionem mixtionis metalli quod intendunt inducere, & tunc ipſa natura operatur & non ars niſi organicè, iuuando et expediendo, ut diximus, & ſic uerum aurum et uerum argentum educere & facere uidentur. Quod enim uirtutes elementales et cœleſtes faciunt in uaſis naturalibus, hoc faciunt in uaſis artificialib. ſi artificialia formantur ad modum uaſorum naturalium, & quod facit natura calido ſolis & ſtellarum, hoc faciet & ars calido ignis, dummodo contemperetur, ſic quòd non excedat uirtutem ſe mouentem & informãtem quæ eſt in metallis: huic enim cœleſtis ineſt uirtus, quæ primò commiſcuit eam, & hæc inclinatur ad hoc uel ad illud per artis iuuamen. Cœleſtis enim uirtus ualde cõmunis eſt & accipit determinationem per uirtutes eorum quæ ſunt ſubiectum eius in rebus commixtis, hoc enim modo uirtutes cœleſtes operari uidemus in tota natura generatorum, maximè in his quæ ex putrefactione generantur. In his enim uidemus uirtutes ſtellarum influere uirtutes in id ad quod cõuenientiã habet materia.

Alchimia

Alchimia autem per hunc modũ procedit ſcilicet corrum pens unum à ſpecie ſua remouendo, & cum iuuamine eorum quæ in materia ſunt, alterius ſpeciem inducẽdo, propter quod omnium operationum alchimicarũ, melior eſt illa quæ procedit ex eiſdem, ex quibus procedit natura, ſicut ex purgatione ſulphuris per decoctionem & ſublimationem & expurgatione argenti uiui et bona permixtione horum cum materia metalli: in his enim ex uirtutibus horum omnis metalli ſpecies inducitur. Qui autem per Alba albificant, & per citrina citrinant, manente ſpecie metalli prioris in materia, proculdubiò deceptores ſunt, & uerum aurum & uerum argentum non faciunt, et hoc modo ferè omnes uel in toto uel in parte procedunt, propter quod ego experiri feci, quòd aurũ alchimicum quod ad me deuenit, & ſimiliter argentum poſtquam 6. uel 7. ignes ſuſtinuit ſtatim amplius ignitum conſumitur et perducitur & ad fæcem quaſi reuertitur. Hæc igitur omnia dicta ſunt de natura ſpeciei metallorum in cõmuni.

De loco generationis metallorũ. Cap. 10.

N*Vnc autem oportet adiungere de loco generationis metallorum eo quod locus multum operatur in metallicis, ſicut & diximus, cũ de lapidib. loqueremur. Nos aũt uidimus purũ aurũ generari inter arenas fluminum diuerſarum terrarũ, & in terra noſtra q̃. tã in Rheno quã in Alba. Scimus etiã in terra noſtra et in terra Sclauorum aurũ inueniri generatũ in lapidib. duobus modis.*

Vno quidem modo quod uidetur toti lapidi incorporatũ, & eſt lapis diſpoſitus ſicut Topaſion non perſpicuus, uel ſicut Marchaſita aurea, & educitur de lapide poſtquam calcinatus eſt in molendino facto de Silicibus magnis, duriſſimis & per ignem aduſtis aduſtione uehementi. Vidimus etiam aurum in lapide generatum, non toti lapidi incorporatum, ſed eſſe uenam quandam, quæ tranſit uel in toto uel in parte per lapidis ſubſtantiam, & hoc eruitur de lapide per foſſurã & depuratur per ignem. Argentum autem quatuor modis inuenimus generari, & fortè pluribus generatur in terris alijs. Sed iſtos quatuor modos inuenimus in terra Theutoniæ: ego enim ipſum inueni in lapide, toti lapidi incorporatum, quod educitur per calcinationem molendini & ignem, ſicut eſt dictum de auro lapidi incorporato. Inueni enim ipſum in uenam quandam, quæ per lapidis ſubſtantiam protendebatur, et erat aliquantulum purius, ſed tamen aliquantulum de calce lapidis habuit admixtum. Inuenitur autem in terra ut uena quædam et purius quàm aliquod inuentum in lapide: inuenitur enim in loco Theutoniæ qui dicitur Freiberg, quod ſonat liber mons, aliquando molle ſicut pultes tenaces, & eſt puriſſimum & optimum genus argenti parum habens de fæce, ualde ac ſi per induſtriam naturæ ſit depuratum. Ferrum autem incorporatum lapidibus inuenitur & etiam in terra aquoſa inuenitur ut granula milij, habens multum de fæce, & purgatur per multos ignes fortes & calidos, cogentes ipſum

diſtilla

diſtillare à ſubſtantia lapidis uel terræ, quibus inuiſceratum eſſe uidetur. Aes autem inuenitur in uenis lapidis, & quod eſt apud locum qui dicitur Goſelaria, eſt puriſſimum & optimum, & toti ſubſtantiæ lapidis incorporatum, ita quòd totus lapis eſt ſicut Marchaſita aurea, et profundatum eſt melius ex eò quòd purius. Plumbum autem & ſtannum etiam lapidibus incorporata inueniuntur & inuenitur currens in eiſdem locis argentum uiuum, et ex lapidibus quando igniuntur, exſudat ſulphur & præcipuè ex lapidibus in quibus eſt æs, ſicut in loco qui Goſelaria uocatur. Omnium autem horum quærit phyſicus cognoſcere cauſam, ſicut diximus in ſcientia lapidum, locus generat locatum per proprietates cœli, quæ influuntur eis per radios ſtellarum, in nullo enim loco elemẽti, inueniuntur radij omnium ſtellarum, niſi in terra, ut dicit Ptolomeus, eo quod ipſa ſit ſicut inſenſibile centrum totius cœleſtis ſpheræ, maxima autem uirtus, eſt radiorum in loco, in quo uniuntur omnes, & ideo terra mirabilium & multarum rerum eſt productiua. Ad notitiam autem cauſarum omnium modorum inductorum, ſciẽdum quòd uerum metallum non generatur, niſi ex ſublimatione naturali talis humidi quale dictum eſt, & talis terrei quale dictũ eſt ſuperius. In loco enim ubi terreum et aqueum primò permiſcentur per calidum loci, ubiq; mixtum eſt multum impurum cum puro, quod impurum non prodeſt ad generationem metalli. Ab illo autem loco concauo, qui in ſe habet talem mixturã uirtute fumi eleuati, egrediun=

tur pori parui uel magni, et multi uel pauci, per naturam lapidis uel terræ, in quibus fumus eleuatus ſiue uapor diu protenſus in ſeipſum præfocatur & reflectitur, et cum ſit in ipſo ſubtilius illius materiæ quæ commixta eſt congelatur in canna illa & in poris eius uaporabiliter commiſcetur & conuertitur in metallum illius generis, cuius eſt ille uapor, et huius ſignum eſt quòd in omni tali uena quod interius eſt, eſt fumoſum ignobile, & ſi in toto lapide eſt incorporatum metallum quod ſuperius eſt, eſt fæculentum & inutile, & ideo quod intus eſt, melius & nobilius eſt. Cuius cauſa proculdubiò eſt, quod incenſum de materia illa combuſtum et ignitum, aſcendit altius & in cineritatẽ per incendium eſt deductum & quaſi in fæcem & in cinerem, & ideo hoc quaſi ſiccum & comminuibile et frangibile inuenitur. Id aũt quod præfocatum eſt interius in uiſceribus lapidis, in ſe commixtum erat uehementer et non incenſum, & ideo terminatum eſt calore leui & lento & poſtea frigiditate terræ congelatum. Et ſiquidẽ in circuitu locus cõpactus eſt non poroſus, tunc facit uapor uiã unam uel duas uel plures, ſecundum quantitatem ſuæ uirtutis et ſuæ quãtitatis, & ſecundum molliciem loci potuit uel non potuit perforare, implens illa uapor conuerſus eſt in metallũ, penetratiuũ enim eſt uehemẽter, cuius ſignũ eſt quoniam qñ funditur ſuper terrã calidum metallũ aliquod diuerſis uijs penetrat in terrã, et hoc eſt ſicut in figura uaſis primo in loco in quo recipitur materia ſicut circulus a. b. c. & una uena plena metallo ex uapore generato ſit linea

c. d.

c.d.et alia linea a.g. et ſic multis lineis ſit generatū. Si aūt tota ſubſtantia in circuitu eſt poroſa inſenſibilibus poris, tunc euaporat materia in totā ſubſtantiā corporis circunſtantis et implet eam, et præfocata in omnibus poris eius metallatur & congelatur, & efficitur tunc tota ſubſtātia lapidis uel terræ circūſtantis in colore ſicut metallum, & metallū tunc generatur incorporatum lapidi uel materiæ corporis circunſtantis materiā, præcipuè cū generatione metallorū eſt in montibus uel in aquis, eò q̧ loca illa magis ſunt uaporoſa & magis præfocantia uapores eleuatos in ipſis. Si enim apertus eſſet locus, expiraret tota matèria et nihil inde omninc generaretur. Aurum autem quod inter arenas generatur, ut grana quædam maiora & minora generantur ex uapore & calido ſubtili ualde, qui inter arenarum materiā præfocatur & digeritur & poſtea congelatur in aurū purum; locus enim arenarum calidus eſt & ſiccus ualde, aqua aūt ingrediens claudit poros ne expiret, & ideo in ſe præfocatur & conuertitur in aurum: & ideo etiam tale aurum melius eſt cuius duæ ſunt cauſæ, una quidem, quia depuratio ſulphuris optima eſt per frequentem loturam, & ſulphur quod in locis aquoſis eſt, frequenter lauatur et depuratur, & hac eadem cauſa etiam terreum argenti uiui lauatur ſæpius et depuratur et ſubtiliatur. Alia autem cauſa eſt concluſio pororū in fundo aquarum in ripis, et ideo uapor reſolutus optimè in ſeipſum conuoluitur, & præfocatur, & digeritur nobiliter ad ſubſtantiam auri, et congelatur in aurum.

Signum autem quod locus eſſe debeat talis diſpoſitionis ut dictum eſt, eſt quòd inuenimus in operibus alchimicorum peritorum qui melius naturam imitantur, quoniam cum elixir facere uolunt, quòd habeat colorem & tincturam auri, primò quidem accipiunt uas inferius amplum, quod totam recipiat materiam ſulphuris & argenti uiui depuratorum uel aliorum quæ in elixir recipiuntur. Deinde conſyderant quòd ſuper iſtud ſit uas habẽs collum longum ſtrictum, & ſuper illius colli foramen ſit operculum ex luto in quo ſit foramen ualde paruum & ſtrictum, deinde inhumant, hoc eſt immergunt fundum uaſis interioris in cineribus uel fimo, & forte in fimo equi melius eſt quod uocant equiclibanum, & tunc ſupponunt ignem ualde lentum, & qui melius faciunt, faciunt hæc uaſa uitrea, & eſt primi uaſis diſpoſitio, ſicut figura urinalis, & ſecundum ſtat ſuper illud & recipit totum uaporem qui reſoluitur ex ipſo, & eſt contactus uitreorum uel uaſorum linitus optimè luto, ne aliquid per illum locum expirare poſsit, receptum ergo uaporem dirigit ſurſum in collũ ſuum longum, quod paulatim ſtringitur & in ipſo uapor præfocari incipit & conuolui: illud uerò quod incenſum eſt de uapore euolat fuliginoſum per foramen ſtrictum operculi colli, cũ ergo perforatur redit ad ſubſtantiã citrinam conuolutus in ſeipſo, quod poſtea acceptum tingit quodcunque uis metallum in colore auri et fortè pulchriorem, ſi fuerit nobile elixir in quo in nullo errauit artifex. Horũ autem uaſorum eſt figura talis quòd inferius uas ſit. a. b. c. d. ſuperius

d.ſuperius autem uas.e.g.f.& operculum ſit figura.h.ſic ergo etiã erit in natura.Et propter hoc patet quòd omnis generatio metalli ferè inueniatur diffuſa per uenas & poros quæ ſunt ſicut collũ loci in quo uas præfocatur & conuoluitur.In lapidis autem ſubſtãtia & lapidoſis locis hæc generatio conuenientior eſt propter loci undique clauſuram & ſoliditatem.Hæc ergo de locis generationis dicta ſunt.Qualiter enim inuenitur metallum aliquando durum aliquando molle,inferius melius quã hic determinabitur.Dictũ eſt igitur de ſubſtantialibus cauſis metallorum per hunc modũ.

TRACTATVS SECVNDVS TERTII LIBRI MINEralium qui eſt de actionibus metallorum.

De congelatione & liquefactione metallorum. Cap. 1.

OPORTET ETIAM ET ACCIdētia cognoſcere quæcunq; per ſe accidūt metallis, ſicut liquabilia eſſe & ductibilia & colores ipſorum & ſapores & odores & cremabilitates & quæcūq; talia uidētur per ſe accidere ipſis. Eſt autē liquabilitas metallorū aliquid habēs propriū ab alijs quæ liquātur alia autē quæ liquātur diffluūt, nec remanet pars cum parte ſicut cera & ſal & huiuſmodi ſiue calido ſicco ſiue frigido humido liquantur. In metallis autē nō recedit à ſicco humido, ſed in ipſo ſoluitur & cū ſolutū eſt mouetur in eo quaſi ipſum deglutiuerit terreum & moueatur in uiſceribus eius. Propter quòd etiam dicit Hermes q; genitrix metalli eſt terra quæ portat ipſum in uentre ſuo, & hæc cauſa eſt quòd non adheret tangenti nec humefacit ipſum, eo quòd ſiccum terreum prohibet ipſum humefacere & adhærere. Humidum autem prohibet ſiccum quieſcere, et ſic utrunq; agit in alterum & patitur ab altero. Cum autem metallum eſt in aliquo, nō bene commixtum, eo quòd

non

non utrunq; continetur in utroq;,tunc in igne aduritur terreum & euaporat humidum,eo ꝙ humidum nõ extinguit terreum defendendo ipſum ab igne, & terreum non tenet humidum prohibens euaporationem humidi,tale metallũ in liquatione ſua frigidum habet multum & fœtidum propter ſulphuris fœtorem, & ſcoriam & fæcem relinquit plurimam propter terrei ipſius aduſtionem. Si quod autẽ habet hæc pura ualde & optimè commixta hoc non euaporat humidum in quantitate quæ ſenſibilis ſit, nec etiam aduritur in eo terreum, & ideo fumum paucum habet non fœtidum & fæcem quaſi nullam ſicut aurum. Coagulatio autem ipſorum non eſt adeo differens ſicut liquatiõ ipſorum. Coagulatio enim ipſorum eſt à frigido comprimente in centro ſicci, humiditas autem ſi ſit pura radicalis ſiue impura ſuperflua, & ſiue ſit bene cõmixta, ſiue ſit male commixta, comprimitur uno nodo & eodem, occultata enim in centro, ligatur ne intret macula ſicci terrei. Idem autem de his quæ calido ſicco non liqueſcunt ſed molleſcũt ſicut frigidum, mollicies enim non prouenit niſi ex ſolutiõne humidi quod moueri incipit intra ſiccum in quo continetur inuiſceratum. Ea autem quæ balbutientem, ut dicit Ariſtote. habent mixturam, ſicut ſtannum quo plus liqueſcunt eo ſicciora ſunt & fragiliora, eo quòd uolant ab ipſo partes humidæ & remanent ſiccæ non bene glutinatæ propter quod franguntur citius. Vocatur autem balbutiens mixtura, quæ in aliquibus partibus mixtionis rationem attingit & in quibuſdam non, ſed eſt compoſitio quaſi mini-

ma ſicut homo balbutiens quædam uerba attingit et quædam non. Et quia illa non ad plenũ mixta ſunt, ideo etiam quando liqueſcunt facilè euaporant, eo quòd non bene colligatæ partes dimittũt ſe inuicem, & tunc humidum non protegit ſiccum ab incenſione, & ſiccum non retinet humidum ab effuſione & uaporatione. Signũ autem eius quod diximus eſt quòd quando plumbum & ſtannum coagulata aliquãdiu iacuerunt, tunc exterius quandiu contrahunt ſcabroſitatem erunt fuſca, & fortè nigra per longitudinẽ temporis quod contingit abſque dubio duabus de cauſis, quarum una eſt, quia cum comprimitur per frigus ad interiora, humidum relinquit exterius terreum & ſiccum, & tunc hoc inducit fuſcum colorem. Secunda autem eſt, quia modicum humidum quod exterius eſt, euaporat calore circunſtantis aëris, & tunc iterum remanebit fuſcum terreum colorans ſuperficiem. Propter quòd etiam plumbum plumbo non conſolidatur, cum extremitas utriuſque liqueſcit ferro candente niſi prius dura ſuperficies radatur & tollatur ſiccum terreum, quod impedit conglutinationem eò quod conglutinatio unius cum altero eſt per uirtutem humidi quod influit in aliud, & non per uirtutẽ ſicci quod ſtat in ſeipſo. Sed nec conglutinatio fit niſi poſtquam raſum eſt, ungatur ſepo uel aliquo quodam pingui unctuoſo, quod ideo fit per argẽtum uiuum, quod in plumbo eſt habet humidum unctuoſum, ſicut ſæpius dictum eſt, & ideo non adhæret ſuperficiei, niſi per aliquod habens ſymbolum in natura. Aes autem conglutinat ferrum &

argentum.

argentum præ alijs cum liqueſcit eſt conglutinatiuũ metallorum, & cauſa eſt quia argentum uiuum in eis, eſt bonum & ſubtile & purum & gratia humoris uiſcoſi qui eſt in illo, ſit conglutinatio, et cum eſt tale propter cognationem & ſymbolum naturæ, penetrat in ea quæ conglutinantur & fortiter continet ea ſimul. Hæc igitur de liquabilitate & coagulatione metallorum dicta ſunt, quoniam in Metheo. in communi diximus de natura liquabilium.

De ductibilitate metallorum. Cap. 2.

DVctibilia uero uidentur eſſe illa ſola metalla, quæ magis & melius omnibus alijs ducuntur. Cauſa uerò ductibilitatis in genere eſt quæ dicta eſt ſuperius humidum uidlicet in ſicco clauſum ſed non omnino ligatum. Cum enim hoc ſoluitur per expulſionem algoris ligantis ipſum, tũc tantum natat in terra quòd etiam ferrum & lapides in ipſo natant, & non profundãtur propter impetũ ebulitionis & ſpiſſitudinis humidi metallici, humidũ enim quando ligatum eſt per algorem, nihilominus ineſt, & cũ percutitur metallum, etiam facit ipſum cedere circunſtando, & ſic cedendo producitur continuè, ſed in hac paſſione facultatem habent ualde differentem. Aurum enim præ omnibus & argentum poſt hoc, ſunt ductibilia, deinde autem cuprum multum depuratum, & poſt hoc ferrum, minus autem ſtannum & plumbum Aurum ducitur in dila-

tationem maximam,ita ut peltæ fiãt quæ nentur ſuper ſe-ricum et ponitur in picturis. Et adhuc plus, cum enim pro ducitur argentum & ponitur ſuper aurum in ſexta pro-portione ad argentum, ut ſi ſuper quatuor marchas argen ti ponatur ſexta auri uel minus, tantum producit aurum quantum producere poteſt totum argentum, ita quòd non apparet niſi colorãs argentum, & ſi liquantur peltæ pro ductæ non apparet aurum ſed argentum totum. Sed ſi au-rum per ſe, nõ ſuper argentum producatur tunc non po-teſt in tantum produci, quia non poteſt portare ictus me-tallorum ſine perforatione, argẽto autem ſuperpoſito de-fenditur ab ictibus. Cauſa autem profectò eſt ſubtile humi dum quod apprehendit in ſe ſiccum, hoc enim humidum cedit non deſerendo partem propinquam ſed trahendo eam & ſic continuè cedendo magis & magis producitur. Quæcunque autem minus producuntur, propter alte-ram duarum cauſarum hoc in ipſis contingit, aut enim magis groſſum & non depuratum habent humidum quod non eſt adeo dilatabile, aut balbutientem paſſa ſunt mixtu ram inquantum producitur pars, deſerit partem uicinam extra quã extendit eam malleus percutiẽs. Propter quod etiam in alchimicorum operatione probatur error incide re, quia propter multam mixturam alborum uel citrino-rum corporum cum argento uiuo in confectione quam eli xir uocant, intrat ſiccum ſuper humidum in metallis eorũ & non ſunt fortiter coniacentia & permixta, & ideo fre-quentiſsimè ſcinduntur quando producuntur metalla quæ

faciunt

faciunt alchimici, niſi ualde imitentur naturam & opus naturæ attingant, uel ferè attingant ſic, ut ſupra diximus. Cum enim miſcentur ſibi metalla ſicut ſtannum & æs uel aliqua alia propter balbutientem mixturam, amittunt ductibilitatem, & franguntur quando percutiuntur malleo, eo quòd non permixta ſed compoſita, & unum ſubintrauit alterum, colorans ipſum tantum. Hæc igitur eſt cauſa ductibilitatis.

De colore metallorum. Cap. 3.

De coloribus autem metallorum non eſt difficile determinare, tres enim colores inueniũtur in ipſis ſecundum plus & minus, quorum unus cõmunis eſt, qui eſt ſplendidus fulgor ad modum lucis incorporatæ in colorato corpore. Alterum autem qui eſt albus, habent plura metalla ſecundum plus & minus & illud quod eſt albiſſimum eſt argentum, poſt autem, ſtannum, & tertio plumbum & minimè ferrũ. Tertius uerò color eſt citrinus uel ſubrubeus quem maximè habet aurum & ſub ipſo cuprũ, cupri enim color uergit ad nigrũ aduſtum. Supponamus autem hic quod in ſenſu & ſenſato probatum eſt quòd color ſit extremitas perſpicui terminati, & tunc in quocunque corpore eſt condenſatum perſpicuum clarum & purum, illud eſt habẽs fulgorem quaſi incorporatum colori. Perſpicuum enim condenſum nitet & fulget, eo quòd den-

ſitas eius retinet lumen per quod meta eius nata eſt reci-pere ſicut potentia proprium recipit actum. Nitor ergo *& fulgor metallorum communis erit ex aqueo ſubtili ter-minato & condenſato in metallis, & quodcunque metal-lum habet aqueum ſubtilius & purius & denſius, illud eſt plus nitidum & ſplendidum cum politum eſt, quia in non polito, pars obumbrans partem, parum uel multum impe dit ſplendentem. Aurum autem præ omnibus, iſta de cau-ſa fulget, & poſt hoc argentum, ferrum autem optimè de-puratum ab alchimicis dicitur habere in ſe aliquid argenti & uicinum eſſe ſibi, & ideo cum politum eſt, fulget ut ſpe culum.* Cauſa *enim ſpeculi eſt humidum bene polibile & terminatum, hoc enim recipit imagines propterea quòd eſt humidum, & tenet & continet propter hoc, quod eſt terminatũ, nõ enim ſic teneret eas niſi eſſet incorporatum humidum & terminatum, & ideo in aere non tenentur ſic imagines quæ tamen recipiuntur in ipſo, quia aer ſpiri-tualis exiſtens, talia recipit ſecundum eſſe ſpirituale, et nõ terminatum exiſtens non congregat ea in ſitum & figurã debitam ad repreſentãdum, ſed eſt quaſi uia, per quã tran ſeunt imagines, et non ſicut terminatum, eſſe dans imagini bus.* Albus *autem color in metallis cauſatur ex humido terminato à terreſtri loco & ſubtili & digeſto, hoc enim albiſſimum eſt ut patet in calce, hoc autem eſt ferè in o-mnibus metallis, ſed quæcunque metalla hoc habent terre ſtre lutulẽtum & impurum uel terræ aduſtum, illa uel fu-ſca ſunt ut lutum uel nigra efficiuntur, ut combuſtum ter-*

reſtre

reſtre ſicut apparet in fuligine. Plumbum igitur ad fuſcū colorem ſemper uergit propter terreſtre lutulentum nō aduſtum, & ſtannum minus illo propter minorem lutulentiam. Argentum autem ſemper nitet albedine propter terreſtrem locum & ſubtilem & bene digeſtum. Ferrum autem propter terreſtre in ipſo aduſtum, eſt fuliginoſum & nigrum, & hac eadem de cauſa ſemper contrahit rubiginem; cuius cauſa non eſt, niſi quia terreſtre aduſtum habet, quia quod eſt putredo in humidis mollibus hoc eſt rubigo in ferro, epotato enim humido remanſit aridum ſiccū combuſtum & redit ad cinerem. Signum autem huius eſt quia maximè tunc contrahit rubiginem cum aliquod adurens proijcitur ſuper ipſum ſicut eſt ſal uel ſulphur uel auripigmentum uel aliquid huiuſmodi. Sed argentū non uergit ad rubiginem, ſed potius in colorē azur propter multum perſpicuum quod eſt in ipſo quod generat ex eo colorem Saphirinum qui eſt boni azurij, propter quòd Hermes dux & pater alchimiæ dicit quòd ſi laminæ argēti liniātur ſale armoniaco & aceto & ſuſpendantur ſuper alemech quod eſt genus uaſis quòd laminæ tranſeunt in colorem azurij, & tunc ſi incinerantur laminæ cum ſulphure ut fiat puluis & rotatur deſuper cum aceto & zeruph quod eſt herba quædam, fermentabitur ſimul & complebitur azurium. Sed uerum eſt quòd multa adurunt argentum quæ non adurunt aurum, quia terreum ſuum & humidum ſuum munus ſunt depurata & minus commixta, et ideo quia ſuper argentum buliens uel calidum ualde ſpar-

gatur ſulphur cõuertit ipſum in nigredinem, eo quòd aduꝛit terreſtre quod in ipſo eſt, cum autem coquitur in ſale & cartaco albeſcit & depuratur profectò, quia talia acuta condemnant terreſtre & combuſtum ſeparant ab ipſo, & tunc reſiduum magis purum albius efficitur. Color autem citrinus in metallis cauſatur ex ſulphure colorante ipſum, calidum enim decoquens fortiter humidum terreſtri admixtum conuertit ipſum ad citrinum uel ſubrubeũ colorem, ſicut patet in ſcientia urinarum & in alchimicis, & in lixiuio rubeo uel ſubrubeo & colera crocea. Similiter autem mel & fel in quibus egit calor digerens fortem actionem. Si igitur terreum eſt ualde purum, & ſimiliter aqueum & calor in ipſis non poteſt ea ſeparare ad combuſtionem, ſed digeſſit & alterauit colorem eorum in citrinum ſplendidum, & hæc eſt cauſa coloris auri, & ideo non aduritur ſulphure proiecto ſuper ipſum. Si autem eſt terreſtre impurum & non bene commixtum tunc adurit ipſum calor digerẽs & cõmiſcens & efficitur citrinum quod poſt modicum tempus declinat in nigredinem fuliginoſam ſicut eſt in ære, & ideo omnes imagines æreæ antiquæ denigrantur & uaſa ſimiliter, & ſulphure proiecto ſuper æs calidum, aduritur ualde uehementer, eſt enim in ipſo terreum aduſtum & aduſtibile ſicut diximus & cum humido non ſatis permixtum. Tanta igitur dicta ſint de coloribus metallorum.

De

De ſaporibus & coloribus metallorum. Cap. 4.

DE *ſaporibus autem ipſorum & odoribus ſimul oportet determinare, eo quòd odor ſequela quædam ſit ſaporis.* Generaliter *autem uerum eſt de omni metallo quòd propter ſulphuream ſubſtantiam quam habet, aliquid habet acuitatis ſapor eius, quod licet minimè uideatur in plumbo & ſtanno tamen in his probatur per illud quòd aqua quæ diu currit uel ſtat in fiſtulis plumbeis uel ſtanneis efficitur inteſtinorum ſiue uiſcerum excoriatiua.* De *ære autem & auro non eſt dubium cum illa ſint calida & maximè æs quod eſt aduſtæ ſubſtantiæ & ferrum ſecundum aliquid.* Ex *hoc etiam eſt quòd odores eorum aliquid habent acuitatis.* Eſt *iterum generaliter uerum omnium metallorum ſapores & odores eſſe ſecundũ aliquid fœtidos propter eandem de qua diximus ſubſtantiam eorum ſulphuratam, magis tamen fœtida & minus ſulphuris malitia fracta eſt in ipſis.* In *auro enim minimũ eſt fœtoris, eo q̃ ſulphur ſuum nullam prorſus habet malitiam, eo q̃ ſubtile eſt non habens niſi complexionalem unctuoſitatẽ, & bene mixtum ſicut inferius oſtendemus.* Tamen *propter ſimilitudinem ſuæ cõplexionis etc ompactionem minus uaporat, & ideo etiam minus & pœnè nihil odorat.* Argentum *autem habet terreum non quidẽ aduſtum ſed aduſtibile, & ideo eſt magis uaporatiuum & magis odoriferum quã aurũ ſed multo minus quã æs & ha=*

bet argentum in comparatione ad æs guſtum dulcem & odorem dulcem, ſed declinantem ad ſulphureitatem par- uam, & aurum habet dulciorem, ſed parum immutat gu- ſtum & quaſi non eſt ſenſibile. Ferrum autem habet terre ſtre cum ſulphureo parum mixtum, plumbum autem & ſtannum hebetes habent ualde ſapores & odores propter multam aquoſitatem quæ eſt in eis. Sed magis in metallis li quidis ex odorum uapore perpenduntur ſapores eorum propter hoc quòd ſapor eſt ſequela complexionis magis quàm complexionantium, eo quòd complexionantia ali- quando omnino alios habent ſapores & odores quàm ip- ſa complexionata, & ideo ſecundum aliquid, uapor & cō- plexio metalli uix deprehenditur odore uel ſapore ipſius. Inter omnia autem metalla magis eſt uaporatiuum æs & poſt hoc ferrum, & ideo illa inficiunt uehementer ſapores aquarum quæ manant ſuper mineras eorum, unde aqua egrediens de terra in qua eſt multũ æs, ſicut in loco qui uo- catur Goslaria *in quo aqua ita efficitur amara quòd in ea nihil omnino uiuit, & eſt amara ualde & abominabilis. Signum autē huius eſt quòd ſi uinum uel alius liquor præ ter aquam infundatur uaſi æneo, ſtatim inficitur amaritu dine abominabili quod uix bibi poteſt, aqua autem nõ ſta- tim inficit, ita quòd immutet ſaporem eius propter frigidi tatem naturalem aquæ, quæ reprimit euaporationem. Si autem diu ſtet & maximè profundè ſub terra ubi calor in clusus eſt & mineras eius continuè facit uaporare, infici- tur aqua ſapore & odore. Eſt igitur comparatione ad*

omne

omne lapidum genus ſapor & odor proprium metalli, quia etiam lapides quidam uaporant & odorant, tamen il li ueri lapides non ſunt, ſed ſunt ex lacrhymis & gummis ſicut KaKabre & Gagates ſicut etiam diximus in libro de lapidibus. Eſt tamen fœtidus ſapor ſimiliter & odor fœtidus metallorum, licet unum in cõparatione alterius dul cem uel alium habere dicatur ſaporem uel odorem. Sicci autem ſunt uehemẽter odores eorum & uapores, & ideo conferunt oculis fluentibus & nocent ualde præcordijs, cuius ſignum eſt quòd operarij qui fodiunt metalla quan= do igniunt ea, obſtruunt os & nares duplici uel triplici fil tro, ne uapore nimis lædantur in ſpiritualibus, his enim præcipuè nocent ſicut diximus. Tanta igitur de ſaporibus & odoribus metallorum dicta ſint.

De cremabilitate & incremabilitate metallorum. Cap. 5.

EST autem de numero eorum qui metallis accidũt & multum indicant ſubſtantias eorum cremabilitas ſi ue aduſtibitas & inaduſtibilitas quorum cauſas & diffe= rentias oportet in metallorum naturis agnoſcere. Scimus autem quòd aqua ſecundum quòd huiuſmodi, non eſt de nu mero cremabilium, ſed potius quæcunque unctuoſam ha= bent ualde humiditatem permixtã cum terreſtri ſubſtan= tia. Scimus autem ſulphur eſſe ualde unctuoſum & terre= ſtre. Aliam autem habet magis aqueam ſub illa proximè

natantem in partibus rei. Tertiam autem habet humidita tem radicitus infixam & immerſam partibus, quæ termi= nata eſt ad complexionem, & ideo ſola cōplexionalis non facile ſaparabilis ab ipſa ſine totius rei deſtructione. O= portet igitur & in ſulphuris natura ſic eſſe, propter quod præcipiūt peritiores alchimici per loturas acutas ſicut eſt acetum & lac acetoſum & ſerum caprinū & aqua ciceris & urina puerorū remoueri à ſulphure duas proprias hu miditates, & etiam per decoctionem & ſublimationes plu res factas in alembico, quia una illarum proculdubio ignē non ſuſtnet, ſed cremablis exiſtens cum incenditur in igne concremat ſubſtantiam metalli, quare ideo non tantum inu tilis eſt ad propoſitum ſed etiam nociūa. Secunda autem euanida eſt & euaporatur in igne, & ideo nec illa aliquid confert propoſito in alchimicis intentionibus. Tertiò au= tem radicaliter inhærens et intrinſeca manet, & ideo con= fert propoſito. Similiter autem conſyderandum eſt in ar= gento uiuo quod eſt ſecundum elementum metallorum, il= lud enim quando eſt purum in terrea ſubſtantia bene lo= tum & ſubtile & apprehenſum fortiter per mixturam cum humido aqueo, & ſimiliter humidum aqueum non eſt abundans nec diminutum, ſed equale complexioni et ui ribus terrei quod eſt in ipſo, tunc utrunque defendit alte= rum ab igne ut diximus ſæpius, quoniam terreum tunc te= net humidum & non ſinit ipſum euaporare, & humidum extinguit terreum & non ſinit ipſum incendi, ſi autem lu tulentum eſt terreum uel abundans ſuper humidum uel di

minutum

minutum ab eo aut certè equale, ſed non fortiter apprǽhẽ ſum in mixtura tunc incenditur & cremabitur & aduret ſubſtantiam metalli. Similiter autem ſi humidum non fuerit digeſtum congruè complexioni metalli & non bene terminatum aut abundans aut diminutum, oportebit neceſſariò euaneſcere per euaporationem & remanere ſubſtantiam metalli ſiccam & cremabilem. Secundum hoc uerò conſyderandum eſt in cremabilibus metallorum & eſt cremabile ubi aliquod iſtorum inuenitur & magis cremabile ubi plura & plura horum concurrunt. Aurum ergo purum & bonum propter utriuſque conditiones optimas ſulphuris uidelicet & argẽti uiui minimè crematur, quæcunque cremantalia metalla non cremant ipſum, ſed depurant ſicut ſal & later tritus & ſulphur & arſenicum & huiuſmodi. Argentum autem poſt hoc minus, eo quòd ſulphur ſuum habet aliquid aqueitatis ſulphureæ & ſimiliter ſuum argentum uiuum, & ideo cum euaporat hæc aqueitas, tunc denigrari per adurentia primò incipit argẽtum & poſtea aduritur adurentia, ut ſunt ſulphur & argentũ & ea quæ dicta ſunt & plura alia quibus alchimici utuntur. Aes autẽ multũ aduritur, quia ſulphur nõ habet bene retentũ in aqueo argenti uiui & terreſtre nimis, & ideo de facili crematur ualde. Et uidi ego ꝙ in mõte æris ligna uiridia ad lapidem æris apodiata ſtatim cremabantur propter abũdantiã ſulphuris & pinguedinis egredictis de lapide æris. Ferrũ autẽ aduritur in rubeũ multũ, eo ꝙ terreſtre in eo ſuperat & incenditur. Stannum & plumbum

non bene habent à lutea pingui ſubſtantia emundatum argentum uiuum, & ſimiliter nimis eſt aquoſa, et ideo euaneſcente per ignem aquoſo aduritur lutea ſubſtantia unctuoſa in ipſis. Hæc igitur de cremabilitate & incremabilitate dicta ſunt.

Quod generatio metallorum ad ſe inuicem ſit circularis. Cap. 6.

HIs autem adijciendum eſt commune omnibus metallis eſſe, quòd propinqua eſt ualde materia eorum. Scimus autem ex his quæ in ſcientia perigeneos determinata ſunt, quòd inten habentia ſymbolum in materia & uirtutibus et potentijs naturalibus, facilis eſt tranſmutatio ad inuicem, propter quod & multorum philoſophorum, quorum tamen pater eſt Hermes triſmegiſtus, qui propheta philoſophorum uocatur, aſſertio eſt circularem eſſe metallorum generationem, & ex ſe inuicem ſicut & circularis eſt generatio elementorum, quod etiam mihi uidetur ueriſſimum. Cum enim in materia non diſtent remota & propinqua, ſicut ex prioribus patet differentiæ eorum ſumuntur pœnès utriuſque partes materiæ depuratas, & digeſtas eſſe non deputatas etiam indigeſtas. Contingit autem omne impurum & indigeſtum depurari & digeri, ſi præualent uirtutes naturales digeſtionis

ſtionis, contingit etiam omne digeſtum moliuſim pati, aut commiſtionem indigeſti, aut fortè debilitatem caloris terminatiui. Contingit igitur materias proximas elementorum ad inuicem trãſmutari quæ tranſmutata neceſſe eſt ipſa ad inuicem eſſe tranſmutabilia. Per hunc igitur modũ contingit circularem eſſe ex ſe inuicem metallorum generationem. Probant autem hoc expertatam in naturæ operibus, quàm in artis ſolertia. In naturæ enim operib. uiſu proprio didici, quòd ab una origine uena fluens in quadam parte fuit aurum purum, & in alia parte argentum habens ſibi admixtam calcem lapideam, & dixerunt mihi foſſores & depuratores metallorum, quòd hoc frequentiſsimè contingit, et ideo dolent ſe inueniſſe aurum, quia aurum eſt prope originem et tunc deficit uena. Ego autẽ diligenter tunc examinans inueni aliquod genus eſſe uaſis, in quo cõuerſa erat minera in aurum, et aliud in quo conuerſa erat in argentum: uas enim quod habebat aurum, fuit lapis durıſsimus in genere de numero eorum lapidum ex quibus cum calibe excutitur ignis, & habebat aurum parum & non incorporatum, ſed in cõcauo ſui concluſum, & modicum terrei combuſti erat inter partes lapidis & auri, & erat lapis apertum habens foramen ad uenã argenti quæ tranſiuit per lapidem nigrum non multum durum ſed terreſtrem, & ſciſſum & nigrum, et erat illorum lapidum, ex quibus fiunt tegulæ ad tegendas domos: probatur tamen quòd ex uno loco qui erat uas materiæ mineralis, euaporauit utrunque, & diuerſitas depu-

rationis & digeſtionis diuerſitate metalli ſecundum ſpeciem fuerunt operata. Artificium autem experimentum eſt quod faciunt alchimici, qui unam ſpeciem metalli ſi cum natura operantur, deducunt in aliam, quemadmodum dictum eſt. Sic igitur non eſt improbabile circularem ex ſe inuicem eſſe generationē metallorum, & hoc ſolum metallum eſt proprium inter elementa et commixta. Sed non lateat nos quòd in omnibus quæ circulares ex ſe inuicem habent generationes, facilior eſt tranſitus eorū, quæ in pluribus habent conuenientiam, propter hoc etiam ex argento facilius ſit aurum quàm ex alio metallo, non enim mutari oportet in ipſo niſi colorem & pondus, & hæc de facili fiunt, compacta enim ſubſtantia magis adhæret pro certo pondus diminuto aqueo & aucto bono citrino ſulphure conſequenter uariabitur color, hic autem modus eſt & in alijs. Tanta igitur de communibus paſsionibus metallorum dicta ſunt.

IN QVARTVM LIBRVM IN QVO DETERMINAtur de metallis in ſpeciali.

Præfatio.

IAM ORDO FXPOSTVLAT VT *de metallis in ſpeciali diſſeramus quod fieri non potuit, niſi prius eorum naturæ rationes & accidentia determinarentur, à communibus enim procedit ſpeculatio uſque ad elementa particularia ſicut in principio phyſicorum eſt determinatum.* Dicentes *igitur in ſpeciali de metallis tangemus primò de his quæ quaſi uniuerſalia metallorum ſunt ſicut pater & mater, ſicut dicunt metaphoricè loquentes auctores alchimiæ; ſulphur enim eſt quaſi pater et argentum uiuum mater; quod conuenientius dicitur, ſi ſulphur dicatur eſſe in cõmixtione metallorũ quaſi ſubſtantia ſeminis paterni & argentum uiuum ſicut menſtruum quod coagulatur in ſubſtantiã embrionũ.* De *ſubſtantia igitur & de generatione ſulphuris notandum eſt quòd cum liqueſcat ad calidum ſiccum & coaguletur frigidò oportet ipſum habere aquã per ea, quæ determinata ſunt in lib.* Metheo. *Cũ autẽ ſit cõminuibile in puluerẽ, qñ cuditur oportet ipſũ habere ſubſtãtiã terreſtrẽ ſiccã ualde, cũ illud ſit facilè inflãmabile et adhærẽs, oportet q̃ hẽat*

ſubſtantiam unctuoſam uiſcoſam ualde, ut per unctuoſam ſubſtantiam ſit inflammabile, et per uiſcoſam ſit adhærēs: flamma autem ipſius eſt multum fumoſa, quaſi ad Saphirinum declinantem nigredinem habens colorem. Ex his igitur ſcimus ipſum eſſe cōpoſitum quaſi de quatuor ſubſtantijs aut de tribus ad minus, quoniā cum penetratiuum ſit & attractiuum, ut dicit Auicenna in ſua ſimplici medicina, oportet quòd in ipſo ſit ſubſtātia ignis, propter quod etiam calidum & ſiccum in quarto gradu pronunciatur. Cum autem ſit facilè inflammabile, oportet ipſum habere ſubſtantiam aëreā, & cum ſit liquabilis calido ſicco, oportet ipſum habere ſubſtantiam humidam aqueam, et cum ſit comminuibile et elixabile, oportet quòd ſit ſubſtantiæ terreſtris: omnes autem has ſubſtantias habet ita abundè, quòd in operibus & in paſsionibus eius expreſſè & euidenter manifeſtantur. Sicut autem in antehabitis diximus, oportet quòd habeat humiditates tres, duas extrinſecas, et unā intrinſecam, & hoc hic repetere non oportet. Sed hoc obſeruandum eſt, quòd fumus eius indicat terreſtrem ſubſtantiā, quæ eſt in ipſo, ualde ignibilem & cremabilem, et fœtor eius indicat ipſam eſſe ualde indigeſtam & non terminatā, ſed potius calore corrumpēte eſſe corporis quàm per digeſtionem completam, & hæc incomplexio ſui facit quòd poteſt eſſe materia uniuerſalis omnium elementorū, ſi enim eſſet completum ad cōplexionem unam determinātem, tunc proculdubiò non eſſet cōuertibile ad alia niſi prius illa tolletur, ſed nunc propter ſuā incomplexionem

conuerti

conuertibile eſt in omnia ſicut ſemina et alia ex quibus generãtur res naturæ, & ideo ſagax natura abundat in ſulphure, ubicunq; eſt locus generationis metallorũ. Cũ autẽ ſit calidũ neceſſario erit aperitiuũ & terminatiuũ humidi ſe tangentis, & cum ſit. cum hoc, ſiccum erit acutum, quia calidum & ſiccum eſt acutum, et ideo habet uirtutes ſigillantis & formantis & non recipientis, propter quod & patris et maſculi ſemẽ ponitur à triſmegiſto Hermete. Sed obſeruandum eſt quoddam calidum ſiccum eſſe cõiunctum humido frigido in eadem complexione, & hæc complexio eſt hermaphrodita, ſicut in plantis apparet, quæ ubique impregnantur et impregnant, tale autem non eſt Sulphur in ſubſtantia ſua, propter quod in ſubſtãtia propria non generat, quemabmodum neq; pater, ſed ſicut maſculus ex ſubſtantia ſua generat in alio, hoc eſt, in ſanguine mẽſtruo, ita & ſulphur facit in argento uiuo & in ſeipſo non generat omnino. Eſt autem in colorem citrinum & aliquando albidum quaſi palearem habẽs albedinem, hoc eſt ſicut eſt albedo palearum tritici, cuius cauſa eſt calidũ, quod eſt decoquens humidum, & conuertens ipſum ad citrinitatem, & propter hoc uidetur eſſe ſulphur id quod reſultat in uiſceribus terræ. Cum enim terreſtre commiſcetur cum aqueo calore coquẽte, ſicut in corporibus animalis cibus & chimus cibi permixtus eſt, et ſpuma illius in ſuperficie bulliens conuertitur ad coleram citrinam. Ita uidetur quòd ſulphur ſit ſicut ſpuma eius quod commiſcetur in uiſceribus terræ, et ideo citrinum et ſiccum et

calidum, & ſi quod eſt magis decoctum & magis terreſtre uidetur eſſe ſicut ſubcitrinum ad albedinem palearem declinans. Diuiditur autem ſulphur in uiuum ſulphur et fuſum, uiuum autem eſt ſicut de terra accipitur, non uiuum autem fuſum poſtquam eſt liquefactum & non differunt niſi per accidens. Inuenitur autem forte aliquod ad rubedinem & forte nigredinem declinans & hoc eſt propter calorem adurentem & uincentem in ipſo. In tantum igitur de natura ſulphuris determitum ſit à nobis.

De natura argenti uiui. Cap. 1.

ARgentum autem uiuum habet ſubſtantias duas principales ſecundum omnes phyſicos, unam quidem aqueam, alteram autem terream ſicut ſæpius dictum eſt, terreum autem ſuum, aliquid ſulphuris habet, licet dicant quidam authores alchimiæ non eſſe in eo niſi ſubſtantiam aqueam, dicunt autem hanc aqueam calore ſulphuris inſpiſſari, cum tamen in ſe non ſit niſi aqua quod omnino impoſsibile eſt, quia nos iã determinauimus in Metheoris quòd aqua non ſpiſſatur ſola remanens niſi frigiditate ipſam ad terram conuertente, ſed calore nullo modo eſt elixabilis. Amplius autem nos ſcimus ex principijs phyſicis quòd non adhærere tangenti conuenit aquæ ex ſubtili terreo quod eſt in ipſo, eſt autem fortiſsimæ commixtionis, ita

quòd

quòd ſi ſublimentur, ſolum in uaſe uitreo cum longo collo præparato ſemper manent idem quotieſcunque ſublimetur & non exiccatur plus nec induratur, niſi habeat reſpiraculum per quod fugiat. Eſt autem argentum uiuum ſicut ſubſtantia materialis metallorum, ſicut menſtruum eſt embrionis, ex quo, uirtute ſulphuris digerentis ipſum, & adurentis metallorum generatur, cum autem conuerti incipit ad ſpeciẽ, efficitur glãduloſum primò, & poſtea conſtare incipit paulatim & conuerti. Differentiæ autem argenti uiui ſunt quòd quoddam eſt extractum de minera ſua & inuentum uiuum, & quoddam eſt abſtractum de lapide in quo generatum eſt per aduſtionem, ſicut extrahitur argentum uel aurum de lapide, & ſecundum hoc propter acumen dicitur eſſe de genere uenenorum. Eſt autem frigidum & humidum in gradu ſecundo, & propter hoc diſſoluens neruos & paraliticans & perimens pediculos & lentes & huiuſmodi ex pororum putredine generata. Argentum autem uiuum cum Sulphure & Sale armoniaco ſublimato conuertitur in puluerem rubeum ſplendentem, et iterum uſtum in igne redit ad ſubſtantiam humidã & fluentem, & fortè illud quod præfocatur in collo uaſis in quo fit ſublimatio, quod alutel uocatur & conuertitur in ſimilitudine lapidis, qui eſt in colore ſicut Alabaſtrum, qui dum poſtea in igne aſſatur redit ad argentum uiuum. Sunt etiam differentiæ uiui argenti, quæ magis in metallis quàm in ſimplici argento uiuo inueniuntur luteum & purum & aliæ quæ ſuperius enumeratæ ſunt.

Et eſt mirabile de hac materia quòd quotieſcunque ſublimatur per ſe ſolum nunquam reſidet aliquid de puluere in fundo uaſis, & quando redit ad ſpeciem argenti uiui quaſi nullus defectus inuenitur in pondere, quod abſque dubio contingit propter nimiam terrei ſui cum aquæ ſubſtantia permixtionem, ſua enim humiditas uiſcoſa ita tenet terreū q; cum uaporat totū fert ſecum in collis aluteli, et ibi præfocatus ſpiritus eius recedit in eadem ſpecie, ad fundum uerò induratur uel uariatur in colore uel pondere uel ſapore uel odore. Eſt tamen fugiens in igne & incorporās quotieſcunque metallis permiſcetur, propter quod ab Hermete uocatur ſicut & ſulphur. Dicit autem Auicen. q; albedo eius eſt ab aquoſitate & terreitate ſubtili decocta cū aëre, qui ſpiritualiter interceptus eſt in commixtione ipſius. Omnia autem iſta dicta ſunt ut ſciatur argentum uiuum non eſſe niſi materiale in metallis, quod abſque dubio mortificatur per aquas acutas & per naturam & per artem, & poſtquam mortificatum eſt, commiſcibile eſt corporibus & colorat ea, ui autem ſulphuris & uapore congelatur & deducitur ad duritiem formæ diuerſorum metallorum, & ex hoc quòd ultra modum imbibitur, ſicco & terreo retinetur, ne fugiat ex corporibus, quibus permixtum eſt in igne. Hæc igitur de argento uiuo dicta ſunt.

De

De natura plumbi.

Cap. 2.

Iuxta eundem modum determinatur de plumbo, quod minus omnibus alijs metallis addit ſuper materiam argenti uiui, propter quod etiam dicit Ariſtoteles *&* Auic. *quòd cum fluit plumbum, proculdubiò uidetur eſſe argentum uiuum.* De *compoſitione igitur plumbi per ſubſtantiam, pro certo creditur quòd ſuum argentum uiuum eſt multum reſpectu ſui ſulphuris, & fortè ſulphur parum intrat in compoſitionem plumbi per ſubſtantiam, ſed multum per qualitatem, & ideo decoquit ipſum calore ſuo et conuertit ad plumbi ſpeciem, ſicut coagulum paruum per ſubſtantiam coagulat multum de lacte.* Argentum *autem uiuum plumbi, in qualitate eſt non bonum ſed aquoſum et lututulentum, & ideo igne de facili euaporat aquoſitas et remanet puluis terreſtris ſicut cinis qui relinquitur ex lutea ſubſtantia plumbi, & quia uis ſulphuris eſt in plumbo, ut diximus, ideo uapor eius exſiccat argentum uiuum ſicut uapor ſulphuris, nõ enim poteſt eſſe, quòd duæ ſubſtantiæ eundem & eodem modo faciant effectum, niſi per aliquod unum quod eſt in eis.* Diximus *autem iu præcedentibus, quare haberet colorem fuſcum.* In *effectu uerò plumbum eſt frigidum conſtrictiuum, & ſpecialem habet uirtutem contra libidinem uenereorum, & contra pollutiones nocturnas, ſi ex ipſo circulus factus latitudinis*

duorum digitorum ponatur circa renes et camphora per=ungatur,ſed cauendum eſt ne frigiditate ſua interius nimis ſtringens materiam ſurſum compellat ad caput & mani=am,uel epilepſiam inducat, cauendum etiam ne paraliſim inducat inferioribus membris uel ſtuporem. Hæc igitur eſt *natura plumbi in ſua commixtione et effectu.* Hermes au=*tem, qui multum de tranſmutationibus metallorum pro=bauit in alchimicis ſuis, ſicut tradidit, quòd ſi plumbi la=minæ ſuper uas cum multo et forti aceto ſuſpendantur ita quòd uapor aceti continuè laminas illas tangant, uapor ille condemnabit & corrumpet plumbi ſubſtantiam & in pulueren conuertet, qui colorem album habet & cæruſa uocatur. Si autem acetum ſuper ipſam laminam funditur, albeſcit multum,& deſtruit uerſa uice uirtutem aceti. Cauſa autem pro certo huius eſt, quia acetum licet ſit he=bes in ſubſtantia propter ſuam frigiditatem,tamen eſt acu=tum in actione, propter hoc quòd eſt reliquiæ cuiuſdam i=gnis, qui euolauit ex ipſo ſicut cinis eſt reliquiæ ignis in lignis.* Ille ergo acumine penetrat in ſubſtantiam *plumbi quando fuerit plumbum exterminatum et lauat à ſordicie argentum uiuum congelatum quod eſt in ipſo, & facit ipſum eleuari ſuper ſuperficiem laminæ, ſicut grana milij, & tunc albeſcunt propter maiorem depurationem ipſorum.* Amplus autē *adhuc tradit* Hermes,*quòd plum=bum aduſtum cum eo quod adurit ipſum ſicut præcipuè eſt Sulphur uel Arſenicum generat ſublimatum obſcurum co lorem uermileum, hoc eſt, rubeum qui fit citrinus cum*

expreſſior

expreſsior & fortior ſit ignis. Si tamen illa ſubſtantia cum aceto calcinetur et deſiccetur, reuertitur albus color ceruſæ, cuius tranſmutationis cauſa eſt, quia re uera habet Sulphur & argentum uiuum, ut diximus, in ſuæ ſubſtantiæ compoſitione. Cum autem Sulphur aduritur & algetur rubeſcit, cuius ſignum eſt quòd facientes nimium faciunt ipſum de ſublimato ex Sulphure & argento uiuo, obſcurus autem eſt color propter lutulentiam plumbi: quando autem fortior fit ignis, lutulentia prima conſumitur & clareſcit color, & cum Sulphur magis exuritur quàm argentum uiuum in igne diuturniori, remittitur rubedo quæ eſt ex Sulphure terreſtri combuſto, & temperatur albedine argenti uiui manentis, & tunc reſultat color citrinus qui eſt ſicut album quod penetrat in rubeum, & eſt temperans ruborem ipſius. Sicut tamen credit Hermes, ſi ignis fortior his omnibus adhibeatur et aſſentur iſta in igne fortiter, tota ſubſtantia Sulphuris abſumitur, & uis aceti deſtruitur per euaporationem, & tunc ex pulueribus dictis ſubſtantiam plumbi ſicut prius reuertetur, non tamen eiuſdem ponderis, nec eiuſdem puritatis, nec eiuſdem quantitatis cuius prius fuit.

Non eſt autem prætereundum, quòd, ſicut diximus, plumbum habet multam aquoſitatem & paruam mixturam, & ideo depurando metalla alia, protegit ea ab igne, ſicut argentum & aurum proteguntur plumbo quando parantur, & ideo dixerunt quidã imperiti de plumbo, quòd habet congregare homogenea & ſeparare etherogeneá.

Et erroris eorum cauſa eſt, quia coliquatum plumbum cũ argento uel auro recurrit argẽtum ſimul ad unum locum, & lapilli ſimul ad alium ſi qui inſunt, & plumbum ſimul ad unum. Errant autem hi, iſta enim congregatio & ſegregatio non ſunt ex plumbo, ſed calore ignis ſicut oſtendimus in quarto metheorum. Nec plumbum purificat argentum per ſe, ſed per accidens: calor enim ignis purificat per ſe congregando purum cum puro, & ſegregando impurum ſicut dictum eſt. Sed cum argentum ſit humidum, & ignis ſiccus refugeret calor ignis ab argento, niſi per aliquod uniretur eidem, & hoc eſt plumbum quod calefacto in ſuo humido quaſi elixando digerit & depurat argentum, multum autem põdus plumbi eſt ex lutea ſubſtantia ipſius & humida, cuius partes ſunt multum propinquæ, licet ſint molles, eo quod indigeſtionem paſſæ ſunt ex molinſi, ſicut ſuperius determinatum eſt.

De natura & proprietate ſtanni. Cap. 3.

De ſtanno autem ferè ſicut de plumbo determinandum eſt, hoc enim ualde uicinas habet ſpecies metallorum & parum ad ſe inuicem differentes, niſi quòd ſtannum albius eſt & purius, huius autem cauſa nulla poteſt eſſe niſi quam ante nos aſſignauerunt philoſophi quòd ſuum argentum mundius eſt quàm plumbi, & fortè de ſulphure

ſulphure habet parum potius uirtute ſulphuris, & uapore excoctum in metalli ſpeciem, quàm multæ ſuſtantiæ ſulphuris admixtionem. Balbutientem *habet ualde compoſitionem, & huius cauſa poteſt eſſe mortificatio argenti uiui ex aliquo uapore diſſolutio, uel alia lotura aquæ acutæ, quæ diſiungit partem eius.* Dico *autem uapores, aut aquam non per quam tranſierit argentum uiuum, poſtquam argenti uiui acceperit ſpeciem, ſed potius quæ intrant in ipſam ſubſtantiam argenti uiui: tale enim aqueum iam in ſe fractum eſt & parum uiſcoſum, & facit rigeſcere partes terreas ſibi admixtas, et non bene miſceri & continuari: rigidum enim & induratum in ſuperficie non bene miſcetur alij & non bene continuabile propinquo ſibi coniuncto.* H*æc igitur cauſa exiſtimanda eſt eſſe ſuæ balbutientis mixtionis.* Cum *autem in ſe balbutiat omnia metalla, quibus admiſcetur balbutire facit & aufert ab eis ductibilitatem, ut dicit* Hermes, *et cum in ſeipſo producitur citò ſcinditur, & de facili.* Con*uenit autem hoc metallum cum plumbo, in hoc quod neutrum contrahit rubiginem, ſed potius ex corrumpentibus & ex ſeipſis contrahunt ſqualorem et ſordiciem quãdam ſed plumbum pluſquam ſtannum.* Conueniunt *etiam in hoc, quod neutrum eſt ſonorum multum per ſeipſum.* Et *cauſa primi quidem quia non ſunt habentia aliquem humorem calidum aqueum, uel ualde paucum acutum, qui corrumpat terreum qui eſt in ipſis, & conuertat in rubiginem.* Cauſa *autem rubiginis non eſt niſi terreſtre*

non bene habent à lutea pingui ſubſtantia emundatum argentum uiuum, & ſimiliter nimis eſt aquoſa, et ideo euaneſcente per ignem aquoſo aduritur lutea ſubſtantia unctuoſa in ipſis. Hæc igitur de cremabilitate & incremabilitate dicta ſunt.

Quod generatio metallorum ad ſe inuicem ſit circularis.

Cap. 6.

His autem adijciendum eſt commune omnibus metallis eſſe, quòd propinqua eſt ualde materia eorum. Scimus autem ex his quæ in ſcientia perigeneos determinata ſunt, quòd inter habentia ſymbolum in materia & uirtutibus et potentijs naturalibus, facilis eſt tranſmutatio ad inuicem, propter quod & multorum philoſophorum, quorum tamen pater eſt Hermes *triſmegiſtus, qui propheta philoſophorum uocatur, aſſertio eſt circularem eſſe metallorum generationem, & ex ſeinuicem ſicut & circularis eſt generatio elementorum, quod etiam mihi uidetur ueriſſimum: Cum enim in materia non diſtent remota & propinqua, ſicut ex prioribus patet differentiæ eorum ſumuntur pœnès utriuſque partes materiæ depuratas, & digeſtas eſſe non deputatas etiam indigeſtas. Contingit autem omne impurum & indigeſtum depurari & digeri, ſi præualent uirtutes naturales digeſtionis*

ſtionis, contingit etiam omne digeſtum moliſim pati, aut commiſtionem indigeſti, aut forte debilitatem caloris terminatiui. Contingit igitur materias proximas elementorum ad inuicem trāſmutari quæ tranſmutata neceſſe eſt ipſa ad inuicem eſſe tranſmutabilia. Per hunc igitur modū contingit circularem eſſe ex ſe inuicem metallorum generationem. Probant autem hoc experti tam in naturæ operibus, quàm in artis ſolertia. In naturæ enim operib. uiſu proprio didici, quòd ab una origine uena fluens in quadam parte fuit aurum purum, & in alia parte argentum habens ſibi admixtam calcem lapideam, & dixerunt mihi foſſores & depuratores metallorum, quòd hoc frequentiſsimè contingit, et ideo dolent ſe inueniſſe aurum, quia aurum eſt prope originem et tunc deficit uena. Ego autē diligenter tunc examinans inueni aliquod genus eſſe uaſis, in quo cōuerſa erat minera in aurum, et aliud in quo conuerſa erat in argentum: uas enim quod habebat aurum, fuit lapis duriſſimus in genere de numero eorum lapidum ex quibus cum calibe excutitur ignis, & habebat aurum parum & non incorporatum, ſed in cōcauo ſui conclusum, & modicum terrei combuſti erat inter partes lapidis & auri, & erat lapis apertum habens foramen ad uenā argenti quæ tranſiuit per lapidem nigrum non multum durum ſed terreſtrem, & ſciſſum & nigrum, et erat illorum lapidum, ex quibus fiunt tegulæ ad tegendas domos: probatur tamen quòd ex uno loco qui erat uas materiæ mineralis, euaporauit utrunque, & diuerſitas depu-

rationis & digeſtionis diuerſitate metalli ſecundum ſpeciem fuerunt operata. Artificium autem experimentum eſt quod faciunt alchimici, qui unam ſpeciem metalli ſi cum natura operantur, deducunt in aliam, quemadmodum dictum eſt. Sic igitur non eſt improbabile circularem ex ſe inuicem eſſe generationē metallorum, & hoc ſolum metallum eſt proprium inter elementa et commixta. Sed non lateat nos quòd in omnibus quæ circulares ex ſe inuicem habent generationes, facilior eſt tranſitus eorū, quæ in pluribus habent conuenientiam, propter hoc etiam ex argento facilius fit aurum quàm ex alio metallo, non enim mutari oportet in ipſo niſi colorem & pondus, & hæc de facili fiunt, compacta enim ſubſtantia magis adhæret pro certo pondus diminuto aqueo & aucto bono citrino ſulphure conſequenter uariabitur color, hic autem modus eſt & in alijs. Tanta igitur de communibus paßionibus metallorum dicta ſunt.

In

IN QVARTVM LIBRVM IN QVO DETERMINATUR DE METALLIS IN SPECIALI.

Præfatio.

IAM ORDO EXPOSTVLAT VT *de metallis in ſpeciali diſſeramus quod fieri non potuit, niſi prius eorum naturæ rationes & accidentia determinarentur, à communibus enim procedit ſpeculatio uſque ad elementa particularia ſicut in principio phyſicorum eſt determinatum.* Dicentes igitur *in ſpeciali de metallis tangemus primò de his quæ quaſi uniuerſalia metallorum ſunt ſicut pater & mater, ſicut dicunt metaphoricè loquentes auctores alchimiæ, ſulphur enim eſt quaſi pater et argentum uiuum mater, quod conuenientius dicitur, ſi ſulphur dicatur eſſe in cõmixtione metallorũ quaſi ſubſtantia ſeminis paterni & argentum uiuum ſicut menſtruum quod coagulatur in ſubſtantiã embrionũ.* De *ſubſtantia igitur & de generatione ſulphuris notandum eſt quòd cum liqueſcat ad calidum ſiccum & coaguletur frigidò oportet ipſum habere aquã per ea, quæ determinata ſunt in lib.* Metheo. *Cũ autẽ ſit cõminuibile in puluerẽ, qñ cuditur oportet ipsũ habere ſubſtãtiã terreſtrẽ ſiccã ualde, cũ illud ſit facilè inflãmabile et adhærẽs, oportet q̃ hẽat*

ſubſtantiam unctuoſam uiſcoſam ualde, ut per unctuoſam ſubſtantiam ſit inflammabile, et per uiſcoſam ſit adhærẽs: flamma autem ipſius eſt multum fumoſa, quaſi ad Saphirinum declinantem nigredinem habens colorem. Ex his igitur ſcimus ipſum eſſe cõpoſitum quaſi de quatuor ſubſtantijs aut de tribus ad minus, quoniã cum penetratiuum ſit & attractiuum, ut dicit Auicenna in ſua ſimplici medicina, oportet quòd in ipſo ſit ſubſtãtia ignis, propter quod etiam calidum & ſiccum in quarto gradu pronunciatur. Cum autem ſit facile inflammabile, oportet ipſum habere ſubſtantiam aëreã, & cum ſit liquabilis calido ſicco, oportet ipſum habere ſubſtantiam humidam aqueam, et cum ſit comminuibile et elixabile, oportet quòd ſit ſubſtantiæ terreſtris: omnes autem has ſubſtantias habet ita abundè, q̃ in operibus & in paßionibus eius expreſſè & euidenter manifeſtantur. Sicut autem in antehabitis diximus, oportet quòd habeat humiditates tres, duas extrinſecas, et unã intrinſecam, & hoc hic repetere non oportet. Sed hoc obſeruandum eſt, quòd fumus eius indicat terreſtrem ſubſtantiã, quæ eſt in ipſo, ualde ignibilem & cremabilem, et fœtor eius indicat ipſam eſſe ualde indigeſtam & non terminatã, ſed potius calore corrumpẽte eſſe corporis quàm per digeſtionem completam, & hæc incomplexio ſui facit quòd poteſt eſſe materia uniuerſalis omnium elementorũ, ſi enim eſſet completum ad cõplexionem unam determinãtem, tunc proculdubiò non eſſet cõuertibile ad alia niſi prius illa tolletur, ſed nunc propter ſui incomplexionem

conuerti

conuertibile eſt in omnia ſicut ſemina et alia ex quibus generātur res naturæ, & ideo ſagax natura abundat in ſulphure, ubicunq; eſt locus generationis metallorū. Cū autē ſit calidū neceſſariò erit aperitiuū & terminatiuū humidi ſe tangentis, & cum ſit cum hoc, ſiccum erit acutum, quia calidum & ſiccum eſt acutum, et ideo habet uirtutes ſigillantis & formantis & non recipientis, propter quod & patris et maſculi ſemē ponitur à triſmegiſto Hermete. *Sed obſeruandum eſt quoddam calidum ſiccum eſſe cōiunctum humido frigido in eadem complexione, & hæc complexio eſt hermaphrodita, ſicut in plantis apparet, quæ ubique impregnantur et impregnant, tale autem non eſt Sulphur in ſubſtantia ſua, propter quod in ſubſtātia propria non generat, quemadmodum neq; pater, ſed ſicut maſculus ex ſubſtantia ſua generat in alio, hoc eſt, in ſanguine mēſtruo, ita & ſulphur facit in argento uiuo & in ſeipſo non generat omnino.* *Eſt autem in colorem citrinum & aliquando albidum quaſi palearem habēs albedinem, hoc eſt ſicut eſt albedo palearum tritici, cuius cauſa eſt calidū, quod eſt decoquens humidum, & conuertens ipſum ad citrinitatem, & propter hoc uidetur eſſe ſulphur id quod reſultat in uiſceribus terræ. Cum enim terreſtre commiſcetur cum aqueo calore coquēte, ſicut in corporibus animalis cibus & chimus cibi permixtus eſt, et ſpuma illius in ſuperficie bulliens conuertitur ad coleram citrinam. Ita uidetur quòd ſulphur ſit ſicut ſpuma eius quod commiſcetur in uiſceribus terræ, et ideo citrinum et ſiccum et*

calidum, & ſi quod eſt magis decoctum & magis terreſtre uidetur eſſe ſicut ſubcitrinum ad albedinem palearem declinans. Diuiditur *autem ſulphur in uiuum ſulphur et fuſum, uiuum autem eſt ſicut de terra accipitur, non uiuum autem fuſum poſtquam eſt liquefactum & non differunt niſi per accidens.* Inuenitur *autem forte aliquod ad rubedinem & forte nigredinem declinans & hoc eſt propter calorem adurentem & uincentem in ipſo.* In *tantum igitur de natura ſulphuris determitum ſit à nobis.*

De natura argenti uiui. Cap. 1.

A*Rgentum autem uiuum habet ſubſtantias duas principales ſecundum omnes phyſicos, unam quidem aqueam, alteram autem terream ſicut ſæpius dictum eſt, terreum autem ſuum, aliquid ſulphuris habet, licet dicant quidam authores alchimiæ non eſſe in eo niſi ſubſtantiam aqueam, dicunt autem hanc aqueam calore ſulphuris inſpiſſari, cùm tamen in ſe non ſit niſi aqua quod omnino impoßibile eſt, quia nos iã determinauimus in* Metheo*ris quòd aqua non ſpiſſatur ſola remanens niſi frigiditate ipſam ad terram conuertente, ſed calore nullo modo eſt elixabilis.* Amplius *autem nos ſcimus ex principijs phyſicis quòd non adhærere tangenti conuenit aquæ ex ſubtili terreo quod eſt in ipſo, eſt autem fortißimæ commixtionis, ita quòd*

quòd ſi ſublimentur, ſolum in uaſe uitreo cum longo collo præparato ſemper manent idem quotieſcunque ſublimetur & non exiccatur plus nec induratur, niſi habeat reſpiraculum per quod fugiat. Eſt autem argentum uiuum ſicut ſubſtantia materialis metallorum, ſicut menſtruum eſt embrionis, ex quo, uirtute ſulphuris digerentis ipſum, & adurentis metallorum generatur, cum autem conuerti incipit ad ſpeciē, efficitur glādulosum primò, & poſtea conſtare incipit paulatim & conuerti. Differentiæ autem argenti uiui ſunt quòd quoddam eſt extractum de minera ſua & inuentum uiuum, & quoddam eſt abſtractum de lapide in quo generatum eſt per aduſtionem, ſicut extrahitur argentum uel aurum de lapide, & ſecundum hoc propter acumen dicitur eſſe de genere uenenorum. Eſt autem frigidum & humidum in gradu ſecundo, & propter hoc diſſoluens neruos & paraliticans & perimens pediculos & lentes & huiuſmodi ex pororum putredine generata. Argentum autem uiuum cum Sulphure & Sale armoniaco ſublimato conuertitur in puluerem rubeum ſplendentem, et iterum uſtum in igne redit ad ſubſtantiam humidā & fluentem, & fortè illud quod præfocatur in collo uaſis in quo fit ſublimatio, quod alutel uocatur & conuertitur in ſimilitudine lapidis, qui eſt in colore ſicut Alabaſtrum, qui dum poſtea in igne aſſatur redit ad argentum uiuum. Sunt etiam differentiæ uiui argenti, quæ magis in metallis quàm in ſimplici argento uiuo inueniuntur luteum & purum & aliæ quæ ſuperius enumeratæ ſunt.

Et eſt mirabile de hac materia quòd quotieſcunque ſublimatur per ſe ſolum nunquam reſidet aliquid de puluere in fundo uaſis, & quando redit ad ſpeciem argenti uiui quaſi nullus defectus inuenitur in pondere, quod abſque dubio contingit propter nimiam terrei ſui cum aquæ ſubſtantia permixtionem, ſua enim humiditas uiſcoſa ita tenet terreū q; cum uaporat totū fert ſecum in collis aluteli, et ibi præfocatus ſpiritus eius recedit in eadem ſpecie, ad fundum uerò induratur uel uariatur in colore uel pondere uel ſapore uel odore. Eſt tamen fugiens in igne & incorporās quotieſcunque metallis permiſcetur, propter quod ab Hermete uocatur ſicut & ſulphur. Dicit autem Auicen. q; albedo eius eſt ab aquoſitate & terreitate ſubtili decocta cū aëre, qui ſpiritualiter interceptus eſt in commixtione ipſius. Omnia autem iſta dicta ſunt ut ſciatur argentum uiuum non eſſe niſi materiale in metallis, quod abſque dubio mortificatur per aquas acutas & per naturam & per artem, & poſtquam mortificatum eſt, commiſcibile eſt corporibus & colorat ea, ui autem ſulphuris & uapore congelatur & deducitur ad duritiem formæ diuerſorum metallorum, & ex hoc quòd ultra modum imbibitur, ſicco & terreo retinetur, ne fugiat ex corporibus quibus permixtum eſt in igne. Hæc igitur de argento uiuo dicta ſunt.

De

De natura plumbi.

Cap. 2.

IVxta eundem modum determinatur de plumbo, quod minus omnibus alijs metallis addit ſuper materiam argenti uiui, propter quod etiam dicit Ariſtoteles *&* Auic. *quòd cum fluit plumbum, proculdubiò uidetur eſſe argentum uiuum.* De compoſitione igitur plumbi per ſubſtantiam, *pro certo creditur quòd ſuum argentum uiuum eſt multum reſpectu ſui ſulphuris, & fortè ſulphur parum intrat in compoſitionem plumbi per ſubſtantiam, ſed multum per qualitatem, & ideo decoquit ipſum calore ſuo et conuertit ad plumbi ſpeciem, ſicut coagulum paruum per ſubſtantiam coagulat multum de lacte.* Argentum autem *uiuum plumbi, in qualitate eſt non bonum ſed aquoſum et lututulentum, & ideo igne de facili euaporat aquoſitas et remanet puluis terreſtris ſicut cinis qui relinquitur ex lutea ſubſtantia plumbi, & quia uis ſulphuris eſt in plumbo, ut diximus, ideo uapor eius exſiccat argentum uiuum ſicut uapor ſulphuris, nõ enim poteſt eſſe, quòd duæ ſubſtantiæ eundem & eodem modo faciant effectum, niſi per aliquod unum quod eſt in eis.* Diximus autem *iu præcedentibus, quare haberet colorem fuſcum.* In *effectu uerò plumbum eſt frigidum conſtrictiuum, & ſpecialem habet uirtutem contra libidinem uenereorum, & contra pollutiones nocturnas, ſi ex ipſo circulus factus latitudinis*

duorum digitorum ponatur circa renes et camphora per=ungatur, ſed cauendum eſt ne frigiditate ſua interius nimis ſtringens materiam ſurſum compellat ad caput & mani=am, uel epilepſiam inducat, cauendum etiam ne paraliſim inducat inferioribus membris uel ſtuporem. Hæc igitur eſt *natura plumbi in ſua commixtione et effectu.* Hermes au=*tem, qui multum de tranſmutationibus metallorum pro=bauit in alchimicis ſuis, ſicut tradidit, quòd ſi plumbi la=minæ ſuper uas cum multo et forti aceto ſuſpendantur ita quòd uapor aceti continuè laminas illas tangant, uapor ille condemnabit & corrumpet plumbi ſubſtantiam & in puluerem conuertet, qui colorem album habet & cæruſa uocatur. Si autem acetum ſuper ipſam laminam funditur, albeſcit multum, & deſtruit uerſa uice uirtutem aceti. Cauſa autem pro certo huius eſt, quia acetum licet ſit he=bes in ſubſtantia propter ſuam frigiditatem, tamen eſt acu=tum in actione, propter hoc quòd eſt reliquiæ cuiuſdam i=gnis, qui euolauit ex ipſo ſicut cinis eſt reliquiæ ignis in lignis. Ille ergo acumine penetrat in ſubſtantiam plumbi quando fuerit plumbum exterminatum et lauat à ſordicie argentum uiuum congelatum quod eſt in ipſo, & facit ipſum eleuari ſuper ſuperficiem laminæ, ſicut grana milij, & tunc albeſcunt propter maiorem depurationem ipſorum. Amplus autē adhuc tradit* Hermes, *quòd plum=bum aduſtum cum eo quod adurit ipſum ſicut præcipuè eſt* Sulphur *uel* Arſenicum *generat ſublimatum obſcurum co lorem uermileum, hoc eſt, rubeum qui fit citrinus cum expreſſior*

expreſſior & fortior ſit ignis. Si tamen illa ſubſtantia cum aceto calcinetur et deſiccetur, reuertitur albus color ceruſæ, cuius tranſmutationis cauſa eſt, quia re uera habet Sulphur & argentum uiuum, ut diximus, in ſuæ ſubſtantiæ compoſitione. Cum autem Sulphur aduritur & algetur rubeſcit, cuius ſignum eſt quòd facientes minium faciunt ipſum de ſublimato ex Sulphure & argento uiuo, obſcurus autem eſt color propter lutulentiam plumbi: quando autem fortior ſit ignis, lutulentia prima conſumitur & clareſcit color, & cum Sulphur magis exuritur quàm argentum uiuum in igne diuturniori, remittitur rubedo quæ eſt ex Sulphure terreſtri combuſto, & temperatur albedine argenti uiui manentis, & tunc reſultat color citrinus qui eſt ſicut album quod penetrat in rubeum, & eſt temperans ruborem ipſius. Sicut tamen credit Hermes, ſi ignis fortior his omnibus adhibeatur et aſſentur iſta in igne fortiter, tota ſubſtantia Sulphuris abſumitur, & uis aceti deſtruitur per euaporationem, & tunc ex pulueribus dictis ſubſtantiam plumbi ſicut prius reuertetur, non tamen eiuſdem ponderis, nec eiuſdem puritatis, nec eiuſdem quantitatis cuius prius fuit.

Non eſt autem prætereundum, quòd, ſicut diximus, plumbum habet multam aquoſitatem & paruam mixturam, & ideo depurando metalla alia, protegit ea ab igne, ſicut argentum & aurum proteguntur plumbo quando parantur, & ideo dixerunt quidã imperiti de plumbo, quòd habet congregare homogenea & ſeparare etherogenea.

ſulphure habet parum potius uirtute ſulphuris, & uapore excoctum in metalli ſpeciem, quàm multæ ſuſtantiæ ſulphuris admixtionem. Balbutientem habet ualde compoſitionem, & huius cauſa poteſt eſſe mortificatio argenti uiui ex aliquo uapore diſſolutio, uel alia lotura aquæ acutæ, quæ diſiungit partem eius. Dico autem *uapores, aut aquam non per quam tranſierit argentum uiuum, poſtquam argenti uiui acceperit ſpeciem, ſed potius quæ intrant in ipſam ſubſtantiam argenti uiui: tale enim aqueum iam in ſe fractum eſt & parum uiſcoſum, & facit rigeſcere partes terreas ſibi admixtas, et non bene miſceri & continuari: rigidum enim & induratum in ſuperficie non bene miſcetur alij & non bene continuabile propinquo ſibi coniuncto.* H*æc igitur cauſa exiſtimanda eſt eſſe ſuæ balbutientis mixtionis. Cum autem in ſe balbutiat omnia metalla, quibus admiſcetur balbutire facit & aufert ab eis ductibilitatem, ut dicit* Hermes, *et cum in ſeipſo producitur citò ſcinditur, & de facili. Conuenit autem hoc metallum cum plumbo, in hoc quod neutrum contrahit rubiginem, ſed potius ex corrumpentibus & ex ſeipſis contrahunt ſqualorem et ſordiciem quãdam ſed plumbum pluſquam ſtannum. Conueniunt etiam in hoc, quod neutrum eſt ſonorum multum per ſeipſum.* E*t cauſa primi quidem quia non ſunt habentia aliquem humorem calidum aqueum, uel ualde paucum acutum, qui corrumpat terreum qui eſt in ipſis, & conuertat in rubiginem. Cauſa autem rubiginis non eſt niſi terreſtre*

aduſtum. Cauſa autem ſecundi eſt mollicies & humor, quia percutitur molle, & humidum cedit in ſui empipedum, & ideo non à tota ſuperficie expellit aërem qui eſt cauſa ſonoritatis ſicut in ſcientia de anima oſtenditur. Magis tamen ſtannum quam plumbum habet ſonoritatis, et quia hebetem habet ſonum, ideo ea quæ acutè ſonant ſicut æs argentum & aurum, ſtannum temperat & grauat ſonos eorum, & ideo admiſcentur æri in infuſione campanarum. Quod autem dicit Hermes *in alchimicis, quòd ſtannum propter ſuam nimiam ſiccitatem corpora quibus admiſcetur frangit, & ductilem materiam in eis deſtruit. intelligitur eo modo quo dictum eſt ex acuto uapore, uel lòtura uidelicet ipſum exiccatas habere terreſtres partes, quæ ſunt in ipſo, quia aliter falſum eſſet, cum uidemus ipſum eſſe mollius multis alijs metallis.* Dicunt *autem ſtannum fuſum cito putreſcere, & plumbum manere & creſcere ſub diuo & in terra creſcere, & probabile ego iudico, quia cum experimentis conuenire uidetur.* Huius *igitur cauſa eſt, quæ in cœlo & mundo aſsignata eſt, cauſa enim corruptionis elementorum eſt, quòd elementa mouentur ad ſe inuicem, & cum non fortis eſt ligatura mixtionis, tunc unumquodque elementorum euadit ab altero.* Iam *autem dictum eſt, maleèſſe mixtum ſtannum, & ideo cum igne debilitatur et à loco ſuæ generationis remouetur citius alijs metallis corrumpitur.* Plumbum *autem groſſum eſt ualde in ſubſtantia ſua, & de roribus & pluuijs imbibitis humorem paulatim mineralem facit, & ad ſe con=*

conuertit, & ideo per diuturnitatem temporis incrementum capit aliquando. Inuenitur autem ſtannum duplex. ſcilicet durius et ſiccius quod uenit de Anglia ſiue Britannia, & mollius aliquantulum quod in Germaniæ partib. abundãtius inuenitur. Hæc igitur de natura ſtanni à nobis dicta ſufficiant.

De natura & complexione argenti. Cap. 4.

DE argento autem poſt hoc dicemus, eo quòd in colore ſecundũ aliquid uidetur conuenire dictis metallis, cum autem nos non ſciamus compoſiti naturam, niſi ſciamus ex quibus, quòd et qualiter componitur, oportet nós de argenti natura inueſtigare. Nos autem per antedicta iam certificati ſumus quòd argentum uiuum in compoſitionem argenti uenit, quia ſecundum colorem eius coloratur, & habet actiua illius quando liqueſcit, tunc enim non adhæret tangenti, nec quieſcit in ſuperficie una, nec omnino diffunditur ut aqua, uel oleum, uel uinum, uel alius liquor. Hæc autem tria primum argento uiuo uidemus ineſſe. Si igitur argento liquefacto iſta conueniunt, oportet quòd hoc ſit gratia argenti uiui quod uenit in compoſitionem ſubſtantiæ ipſius. Cum autem ſplendidiſsimum ſit argentum, fulgens in albedine & bene polibile, oportet quòd habeat rationem argenti uiui multum digeſti, & depurati, & per ſubtiliſsima

commixti, & hoc enim etiam habet quòd fœtidum ſit, non eſt tamen fœtidum ſicut alia metalla, de quibus iam habitum eſt. Scimus autem per ea quæ antedicta ſunt, quòd tam ſulphur quàm argentum uiuum, & quodlibet quod ex ſua complexione eſt humidum, & per ignem liquabile habet tres humores, ſicut & uiuentia plantæ et animalia, quorum quidem unus craſſus & indigeſtus eſt & enatans ſicut pinguis ſicut adeps uel oleum, & hic facit res inflammabiles. Alius autem eſt ſicut phlegmaticus humectans partes rerum & non generans uel augens. Tertius eſt radicalis eſſentialibus partibus rei imbibitus, quia ex ipſo partes eſſentiales rerum conſtant, & per ipſum augentur & nutriuntur. Argentum autem inuenimus durum & ſiccum. Oportet igitur quòd ab humoribus duobus ſuperfluis ſit multum emendatum, & ſubtilitas tertij facit optimam ipſius commixtionem. Cum aũt conflatur argentum, odor ſentitur ſulphuratus, oportet igitur de ſubſtantia & qualitate habere ſulphuris, habet enim ex colore ſulphuris fermentationem & digeſtionem ad ſpeciem metalli, et de ſubſtantia quidem habet parum, propter quod etiã non colorat ipſum ſulphur, ſed de uirtute et qualitate multũ accipit à ſulphure, quia calore eius cõſumptũ eſt in in eo humidũ dupliciter, de quo diximus, et tertiũ cum terreo ſubtili optĩe eſt cõmixtum. Calor enim ſulphuris & & uapor et maximè ſulphuris bene mundati et ſublimati dealbat optimè et digerẽdo ſubtiliat & optĩe et fortiſſimè cõmiſcet, qñ etiã à ſulphuris ſubſtãtia duo extranei humo

res

res artificio et ingenio naturæ purgati ſunt, hoc enim artificiũ omni arte certius et ſubtilius eſt, et ideo certiſſimũ tũc habet effectũ. Tũc igitur habens naturã argenti uiui quoniã eſt metallũ ex purgatiſſimo argento uiuo colore depurati ſulphuris ad ſpeciem ſplendidã deductum, & ideo neceſſariò album & fulgens, quòd autem ſicut dictum eſt exciccatum ſit oſtendit hoc quòd tinnulum eſt ſonorum ualde quod non eſſet ſi eſſet ſuperflua infectum humiditate. Hæc autem digeſtio dat ei potentiam ad actum quem agit, inuenitur enim in effectu frigidum propter argenti uiui abundantiam quæ eſt in ipſo, ſed propter ſui humidi optimam digeſtionem & ſubtiliationem eſt quòd confricatum ſpeciebus aliquibus uel etiam commixtum ualet ſpiritualibus & præcipuè contra tremorem cordium. Sed admirabile eſt quod ſupra diximus quòd melius in hac ſpecie metalli inuenitur molle ſub terra ſicut ſpiſſæ pultes, cuius pro certo cauſa eſt abundantia argenti uiui quod fuit in locis illis, & cum ex humoribus tertius ſeparatus eſt in compoſitionem argenti, tunc alij duo circa ipſum in ſordicie materiæ remanent, & hæc albedo mollis glanduloſa ſignificãs nihil de ſuperfluo indigeſto in naturam argenti eſſe aſſumptum, propter quod in igne poſitum ſtatim euaporat in naturale humidum dum mollificatur & conſtare incipit humidum quod eſt de ſubſtantia argenti poſitum ad aërem infrigidatum coagulatur & eſt argentum, & litargirum illius argenti humidi præ omnibus ualet litargiris ad elixir album in alchimicis, quia litargirũ hoc eſt de humore qui

diſpoſitionem habet ad argentũ & eſt aliquid ad argentũ in potentia ſicut adeps aliquid eſt aliàs. Purificatur autem argentum in igne cum plumbo & tunc per uſtionem exalat plumbum & ſeparantur ſordes ab argento ſicut diximus ſuperius. Quod autem incorporatum lapidi inuenitur tunc oportet in molendino farinari & cõminui utrunque, lapidum uidelicet ſubſtantiam & argenti, comminutis enim partibus & diuiſis facilius unum ſeparatur ab altero & ſubſtantia lapidum tunc non exurit argentum. Sed & hoc nõn eſt ſilendum quod aliquando in Theutonia inuentum eſt multum tenax & ſiccum ferè depuratum & hoc duobus modis his temporibus noſtris accidit, uno quidem modo inuentum fuit ut columna ſtans ſub terra et exiccatum & tenax ualde & flexibile, alio modo inuentũ eſt extenſum per terram ſicut cordæ & fuit eiuſdem quantitatis, ſicut illud quod inuentum fuit per modum columnæ. Cauſa autem figuræ nõ fuit niſi diuerſitas loci qui erat ut uas in quo præfocatus uapor in argenti materiam conuertebatur. Cauſa autem uiſcoſitatis & cremabilitatis ipſius erat, quòd licet ſuperfluum humidum in magna parte euaporaſſet, tamen adhuc aliquid adhærebat extrinſecus ſubſtantiæ argenti ſicut humidum flegmaticum extrinſecus adhæret membris & mollificando ſoluit ea, quod cum purgatur per ignem, redit ſubſtantia argenti puriſſima. Sulphur autem exurit argentum quando ſpargitur ſuper argentum liquefactum, & denigratio argenti oſtendit ꝙ hauritur per ſulphur ſicut diximus ſuperius, ſulphur

enim

enim propter affinitatem naturæ metalla adurit & non magnam aduſtionem infert rebus alijs ſicut lignis & lapidibus, etiam ſi ſpargatur inflammatum ſuper ea. Hæc igitur dicta ſunt à nobis de natura argenti.

De natura & commixtione æris. Cap. 5.

RVbea autem metalla in colore admixtione diuerſa ſunt à dictis, ſicut ſatis oſtendimus cum de coloribus metallorum, ageretur. Habet autem ferrum ſecundum ſe ſpecialem determinationem extra alia elementa. Dicamus igitur æris compoſitionem ſupponentes quæ iam dudum probata ſunt omne metallum ex ſulphure cõponi & argento uiuo. Ponamus igitur argentum uiuum eſſe bonum non feculentum ſiue lutulentum, non tamen ab humore extraneo omnino purgatum & ſubſtantiam ſulphuris eſſe feculentam & adurentem & in parte accenſam, & ſic argento uiuo per ſubſtantiam & qualitates cõmiſceri, nunc enim abſq; dubio conuertit ipſum in ruborẽ & non poterit eidem propter utriuſq; non plenã ſubtiliationem bene miſceri, & tunc efficiet æs quod nõ eſt omnino

bonæ mixtionis propter quod multa fex inde reſoluitur, & multum euaporat in igne in quo cum ſulphur in parte incēſum eſt, ideo quædā partes argenti uiui amplius quàm aliæ purificantur & conſumitur in eis ſuperfluum humidum & in illis partibus uidebitur habere uenas auri. In *alijs autem ubi minus digeſtum eſt erit ſcabroſum & ignobile & terreſtre propter aduſtionem, & hanc diuerſitatem in cupro quod inuenitur in* Theutoniæ *partibus in loco qui* Goslaria *uocatur expreſſe inuenimus, & ideo etiā hoc cuprum melius omnibus alijs æſtimatur tanquam uenas auri habens immixtas, & nō eſt improbabile qum ſulphur illius æris ſit mixtum cum arſenico rubeo in aliqua quantitate, & ideo ſit magis adurens ſulphur illius metalli quàm alterius.* Nunc *igitur ſcimus materiam æris, quoniam eſt metallum ex argento uiuo plus quàm oportet aliquantulum habens per commixtionem adurentis ſulphuris ad formam ruboris deductum, ex qua autem natura ſulphur ſit adurens in præcedētibus ſatis determinatum eſt.* A*rſenicum autem calcinatum fit quidem nigrum ex rubeo, ſed poſtea & ſublimatum in alutel quod eſt uas opertum cum collo alto ut ſæpius diximus reuertitur albū ad inſtar niuis, ut ſi ſæpius iterentur talis calcinatio & ſublimatio tunc efficitur multum album & acutiſſimum, & ex acumine æri coniunctum liquando penetrat in ipſum & conuertit in candorem, ſi tamen diu ſtet in igne æs expirabit arſenicum & tunc redit priſtinus color cupri ſicut de facili probatur in alchimicis.* Hi *autem qui in cupro mul-*

tum

tum operantur in noſtris partibus Pariſius uidelicet & Coloniæ & in alijs locis in quibus fui & uidi experiri conuertũt cuprum in aurichalcum per puluerem lapidis qui calaminaris uocatur & cum euaporat lapis adhuc remanet ſplendor obſcurus declinans aliquantulum ad auri ſpeciem. Vt autem albius efficiatur & ita citrinitati auri magis ſit ſimile immiſcent aliquantulum de ſtanno, propter quod etiam aurichalcum multum de ductibilitate cupri amittit. Et illi qui decipere uolunt & ſplendorem ſimilẽ auro inducere ligant lapidem, ita quòd diutius remanet in ære in igne non euaporans cito ab ære. Ligatur autem per oleum uitri tolluntur enim fragmenta uitri & conuertuntur in puluerem & ſpargitur in teſtam ſuper æs poſtquã immiſſa eſt calaminaris, & tunc uitrum proiectum enatat ſuper æs & non ſinit euaporare lapidem & lapidis uirtutem, ſed reflectit uaporem lapidis in æs, & ſic diu & fortiter purgatur æs & aduruntur in eo materiæ feculentæ. Tandẽ tamen euaporat etiam oleum uitri, & tunc euaporat uirtus lapidis, ſed aurichalcum efficitur multo ſplẽdidius quàm eſſet ſine illo. Qui autem adhuc amplius aſſimilare auro intendit, has purgationes per opteſim & uitri oleum ſæpius iterat, & loco ſtanni ponit argentum & immiſcet aurichalco. Et hoc efficitur ita rutilans & citrinum quòd multi credunt ipſum eſſe aurum cum in ueritate adhuc ſit in ſpecie æris. Hermes autem dicit quòd ſi æri liquefacto tutbia pulueriƶata ſiue ſit tutbia alba ſiue rubea quòd ipſum in colorem auri conuertit. Quid autem ſit

Tuthia in ſequenti libro ubi de medijs agetur dicetur, ſed quòd hic ſufficit eſt q̃ Tuthiæ aduſtione conſumitur terreſtreitas & purgatur ab ære ſuperfluum humidum ipſius, & ideo tunc erit pulchrius, tamen & uirtus Tuthiæ euaporat per ignem ſi diu ſteterit in igne, & ideo niſi aliud medicamen fuerit euaporabit Tuthia, & tunc erit priſtinus color cupri. Dicit etiam Hermes cum quo concordant experta, quòd ſi æs ſale aſperſum ſuper acetum uel urinã pueri maſculi uirginis locetur penetrabit uirtus urinæ ſiue aceti ſubſtantiam æris & conuertet ipſum in uirorem. Si autem iterum per ſe ſolum æs locetur ſuper racemos ex preſſos ſolo uapore uini conuertetur in optimum colorem uiridem perlucentem. Si autem huic colori auripigmentũ ſiue arſenicum approximatur & præcipuè aduſtum condemnando deſtruit uirorem & inducit colorẽ fuſcum terreſtrem ad opacitatem declinantem. Huius cauſa autem ex dictis facilè manifeſtatur, eſt enim ſal aperitiuũ, & ideo aperit cupri ſubſtãtiam præcipuè ſi in tenues laminas deductum ſit, & tunc uapor acutus aceti uel urinæ incendit ipſum, quòd tameneſt à ſulphure nimis accenſo, propter quod humidum terreſtre adiunctum leue quod eſt ignitũ in ipſo uirorem accipit ſicut cholera calidiſſima & peſſima quæ eſt ſicut erugo æris ut dicunt medici. Quoniam autem primò uapor non eſt adeo acutus ſicut uapor uini coniuncti, tunc nõ ita intenſam inducit rubedinem, & ideo manet auri color perlucidus. Auripigmentum autem eſt excellenter adurens & ideo cum hoc approximat ſubſtantiæ

coloratæ

coloratæ comburetur modicum humidum quod eſt in ipſo, & tunc manet quod eſt terreſtre opacum, per omnem eundem modum quo etiam cholera aduſta relinquit cinerem melancholicum accidentalem calidiſsimæ melancholiæ ſecundum experta medicinæ. Tanta igitur de æris natura & effectibus dicta ſunt.

De natura & admixtione auri. Cap. 6.

Subijciendum autem eſt his de natura auri quod ſolum ſecundũ Hermetẽ eſt in quo nulla apparet ægritudo, neutra enim pars materiæ ipſius eſt imperfecta & intemperata. Cum enim ſicut & cætera componatur ex ſulphure & argento uiuo eſt ſuum ſulphur lucidiſsimum & mundiſsimum & per loturas fortiſsimas deductum ad puritatem quod nullam omnino habet unctuoſitatem cremabilem, nec aqueam humiditatem flegmaticam euaporabilem, & fortè in locis concauis quorum ſolida ſuperficies eſt ſæpius ſublimatum & digeſtum temperato calore digerente digeſtione quæ pepanſis uocatur & terrea ſubſtantia quæ eſt incorporata ſulphuri munda & ſubtiliſsima uaporabiliter ſuſpenſa per totam ſubſtantiam humidi radicalis ipſius ſulphuris. Propter quod relinquitur quòd calor illius ſulphuris ſit complexionalis à tẽperamento in nullo recedens, & hoc eſt ſicut uir-

tus maſculina in compoſitione auri. Similiter autem ſuum argentum uiuum habet duas ſubſtantias ad extrema mundificata. Tertiũ enim quod eſt in ipſo calore eſt ſubtiliatũ non modò materialiter diuiſum, ſed uaporaliter eſt ſubtiliſsimum terræ fortè ſæpius ſublimatum in terræ concauitalibus per uiuificum caloris ſolis & ſtellarum. Similiter autem & aqueum ſubtilitatum per eundem modum iterate ſæpius ſubtiliationis, & cum uitrum ſic inſit ſubtiliatur ſubtiliter. Conſtat quòd ſimul mixta per calorem & diſpoſitionem loci præfocãtis & reflectentis uaporem in ſeipſum fortiſsimo nexu mixtionis colligata ſunt. Sulphur autem in compoſitionẽ auri nõ uenit tantum per qualitatẽ ſed per ſubſtantiam & cum ſit ſubtilis ſubſtantiæ penetrabit ubique per argentum uiuum & coagulando colorat ipſum, & cum ſit utrunque ſublimatione ad formam ſuperiorum elementorũ deductum quæ in natura diaphanitatis cum perpetuo conueniunt corpore habebit utrunque plurimum peruietatis, & cum ſpiſſentur plurimæ partes materiæ ſimul conſtabunt, hoc enim eſt de proprietate ſubtilis ſubſtantiæ quòd conſtans per coagulationem plurimas partes habebit in minimo loco. Diaphanitas igitur cõtracta faciet colorem citrinum, & ſubtilitas facit conſolidationem maximam, & conſtantia multarum partium ſimul in paruo loco & ſitu facit pondus, ſicut probatur ex his quæ im cœlo & mundo rationabiliter demonſtrata ſunt. Relinquitur autem ex conſolidatione & temperamento ſimul quòd aurum ſit parum uaporatiuum uel nihil, &

ideo

ideo quaſi non eſt odoriferum. Odor autem, licet non ſit eſſentialiter fumalis euaporatio, tamen frequenter fortis odor eſt cum fumali euaporatione, propter quod etiã relinquitur ulterius quòd aurũ ſit incorruptibilius omni metallo, & magis ſuſtinens ignem propter fortiſſimam ſui cõmixtionem in mixtura. Fumalis enim euaporatio quandam indicat corporum corruptionem, quæ eſt minus in argento & magis in ære. Ex his habetur cauſa, quare adurunt argentum, quæ non adurunt aurum, ſicut ſulphur & arſenicum & quædam alia. Cauſa enim huiuſmodi eſt mixtura, eo quòd omne terreſtre ipſius eſt in humido ſe defendente ab uſtione, & omne humidum ipſius eſt in terreſtri ſe retinente, ne euolet per euaporationem, quam connexionem Plin. fœdus uocat, & Empe. collam Germanorum. Ex temperantia autem auri habetur quare eſt calidum & humidum, conferens tremori cordis & melancholiæ, quæ facit triſtem, & præcipuè illi quæ facit hominem ſolum apud ſe loqui, confert autem contra has paſsiones ſiue ſpeciebus eiuſdem uirtutis confricatum, ſiue etiam ſumptum contritum. Ex ſoliditate autem eſt quod non tingit corpora quæ tangit niſi difficiliter, et ideo fertur in annulis & cæteris ornamentis. Argentum autem tingit parum, & cætera metalla tingunt multum, quod contingit ideo, quia humor unctuoſus in toto eſt ab eis ſeparatus, cui commixtum eſt terreſtre aduſtum in eis, & hoc contingit ſicut fuligo corporis unctuoſi. Multa autem

lutum aũt ſapientiæ de quo fiunt teſtæ, fit ex teſta contrita, & iterũ cõmixta & decocta, hoc enim uas in igne poſitũ non cõminuitur igne ſenſibili conſumptiõe. Tamẽ alio modo in alchimicis præparatur lutũ ſapiẽtiæ, ſed illud hic ſufficiat quo aurifices utũtur. Sic igitur purificatur aurũ & nõ exuritur in eo niſi ſubſtãtia ignobilis, propter quod elegãter dicit Hermes *in alchimicis ſuis. Sulphur ipsũ quadam ſubtili affinitate ſulphuris, ad quã uicinantur oĩa metalla omnia eorum purit corpora & incinerat, aurũ uerò nõ, pori nanq; eius arcti ſunt et indiſſolubiles. Aurũ tamẽ quod tẽporib. noſtris abundãtius inuenitur, uenit de* Boẽmiæ *regno et nup in* Vueſuale *ĩ* Theutoniæ *partib. in loco qui uocatur* Curbeth, *inuenitur in monte quodã aurũ, de quo minus cũ purificatur cõſumitur, quã de aliquo alio, et tñ minoris præcij quã aliud æſtimatur, cuius profectò cauſa nulla eſt, niſi quia nouum eſt ualor eius ab emptoribus adhuc nõ probatur.* Non *aũt ignorandũ eſt ꝙ aurũ quaſi citrinũ & croceũ inuenitur, quod tñ per decoctionem rubeſcit propter materialis principij quod albũ magis quã formales quod eſt rubeũ cõſuptionẽ, propter quod alchimici uolẽtes aurũ facere ſtudẽt ad elixir rubeũ quod medicinã uocãt, & ſtudiũ eorũ eſt ꝙ 4. in ſe habeat colorationẽ uidelicet et penetrationẽ et immortalitatẽ in igne et conſolidationẽ, et hoc uocãt rubeũ ſolis. Elixir aũt ad argẽtum ſtudent habere colorationẽ albedinis et quòd ſit penetratiuum, & non euaporet ab igne, & habeat ſubtilitatem,*

eſt præſentis intentionis, ſed in ſcientia de animalibus eſt declarandum. Signum autem huius eſt, quoniam tempore meo inuentum eſt & uiſum caput hominis, quod inter dẽtes ſuturæ ſuperioris cranei partes multas auri pulueris habuit immixtas, ferè enim ubicunque aurum inuenitur, ut diximus, quaſi puluis & quaſi grana inueniuntur, cuius cauſa eſt ſubtilitas & expulſio materiæ et ſublimatio, et huius indicium eſt, quòd inueniũtur quaſi quædam guttulæ congelatæ. In poris enim uaſorum naturalium præfocatus uapor, cum in ſe reduplicatur ſæpius ad humorem conuertitur, qui iocunditatem guttarum aſſumunt, & ſi aliquando ſunt concaua, oblonga, & quaſi ex paruis compoſita: hoc fit ideo, quòd in collo uaſis naturalis uapor, nec ſimul cõuerſus eſt, nec ſimul congelatus, ſed pars poſt partem, & ideo ſecunda addita eſt primæ, & aliquando illis duabus tertia, ſicut etiam fit in generatione grandinis. Hæc uniuerſaliter à nobis de auri natura phyſicè dicta ſunt.

De commixtione ferri. Cap. 7.

TAndem autem de ferro ſermo habendus eſt, hoc enim ignobilius eſt cæteris liquabilius metallis, neq; eſt liquabile ſicut cera, ſed potius liquabile mollificabile. Eſt autem compoſitio eius ex argento uiuo terreſtri ponderoſo & lutulento & immundo ualde, & ex ſulphure immundo terreſtri, cuius uirtus cõuertit ipſum argentum uiuum in ferri ſpeciem, & ideo eſt ſcabroſum ualde, & rubignem de facili cõtrahit propter ſulphuris aduſtionem, et fuliginat ea quæ tangit & fortè terreſtris ſubſtantia eius ſulphuris eſt atramentoſa, & propter hoc limatura eius confert nigredinem atramento, et etiam non purgatur ab humore unctuoſo, & ideo facilis eſt aduſtionis.

Huius autem ſignum eſt, quòd cum pinguedo aliqua ſupponitur ei ſicut cepum et pix aperit ipſum, ita quod ſtannum ſuperinfuſum eidem ſubſtãtiam eius ingreditur, poſt cuius ingreſſum ita frangibile efficitur, quòd poſtea fabricari non poteſt. Aduſtio autem terreſtris ſubſtantiæ ipſius probatur per multam ſcoriam quæ ab ipſo ſeparatur, & maximè per hoc quòd frequenter ut grana quædam nigra in terra inuenitur. Secundum hoc igitur patet quare non liquatur ut alia, ſed mollificatur tantum, huius enim cauſa eſt terreſtreitas ipſius, & ideo eleganter dicit Hermes tardæ liquefactionis cauſam in ferro efficit nimia terſtreitas partium eius prohibens fluxum eius, ſed tamen in

magno

magno igne præcipuè ſabulo & ſulphure aſperſum diſtillatur & depuratur. Propter duritiem etiam eius fit, quòd ex ipſo fiunt inſtrumenta ſicut mallei & incudes unde cætera producuntur metalla, ſiccitas autem eius facit ad fortitudinem acutorum angulorum in ipſo, propter quod fit inciſiuum & perforatiuum eorum quæ incidi debent & perforari. Dicit etiam Hermes de ipſo, quòd argentum uiuum multum dealbãs ipſum ferè ad ſimilitudinem argenti ingreditur in ſubſtantiam ipſius cum ſulphuris & tartari, hoc eſt, lapide uini decoctione. Sulphur enim propter uim adurentem, quæ eſt in eo & immaturitatem, argentum uiuum uocatur ab Hermete peruigil & inſidiator omnium metallorum. Argentum tamen uiuum non permanet in ipſo diu in igne, ſed fugit ab ipſo ſicut ex cæteris metallis, quibus de facili commiſcetur propter naturalem quam cum eis habet conformitatem, niſi per ingenium magnũ figatur et retineatur, et propter huiuſmodi fugacẽ humiditatẽ quam habet, uocat ipſum Hermes ſeruũ fugitiuũ. Cum igitur ſecundũ dicta ſiccũ ſit & aduſtũ habet opationem quòd confert ſpleni & ſtomacho debilitatis ex mollificatione, et ideo præcipitur talib. ut bibãt uinum et aquã, in quib. extinctũ ſit ferrũ candẽs. Calibs aũt nõ eſt alia ſpecies metalli quã ferrũ, ſed eſt ſubtilior & aquoſior pars ferri ex ferro per deſtillationem extracta, et ideo durior eſt et compactior propter uim ignis & propter partium ſubtilitatem quæ duriores efficiuntur qñ uruntur.

IN LIBRVM QVINTVM DE MEDIIS MINERALIBVS & de omnibus quæ conueniunt medijs.

Præfatio.

SVPEREST IN HOC QVINTO MI*neralium inueſtigare naturas eorum quæ media inter naturas lapidum & metallorum eſſe uidentur, licet enim Auicen. in quarto diuidat corpora mineralia in lapides liquabilia ſulphura & ſales. Tamen uidetur nobis ſulphur plus eſſe mineralium per ſe quàm argentum uiuum, cedit enim in materiæ partem et unum in alterum. Loquẽtes igitur de medijs dicamus primò in communi de mediorum naturis & poſtea ſub compendio tangemus aliqua eorum in ſpeciali, & in hoc complebimus noſtram in iſto libro intentionem. Omne igitur quod in aliquo participat paßionem lapidum & in aliquo participat paßionem metalli dicimus eſſe medium, eſt enim proprietas lapidis non liquefieri, & proprietas metalli quam habet ex materia eſt liquefieri calido ſicco, & ideo lapides ſunt in genere humidorum & aquæ. Media igitur ſunt quæ ſecundum aliquid ſunt terræ & ſecundum aliquid aquæ, et quædã quidẽ horum quæ ſunt interiora terræ illa conſtãt calido & ſicco, quædam autem uiciniora aquæ et ab illis di*

ſtillat aqua per calidum ſiccum ſicut eſt gemma. Adhuc autem & media ſunt quæcunque liqueſcunt calido ſicco, ſed poſtea ad frigus & etiam ad ignem incipiunt conſtare elixata, ſicut enim liqueſcerent niſi eſſent ſecundum aliquid aquea, neque conſtarent per elixationem niſi ſecundum aliquid eſſent terrea ſicut colligitur ex doctrina Metheoro. Amplius autem media ſunt quæcunque ex amborum ſubſtantijs componuntur licet non liqueſcant ad ſiccum calidum, ſic enim media ſunt omnes ſcoriæ quæ à mineris cum lapidoſis partibus reſoluũtur, & ſic media eſt omnis marchaſita, quæ quidem non liqueſcit in igne ſicut lapis, ſed tamen ipſe color & pondus naturam in ea indicat eſſe metallicam. Amplius autem quæcunque comminutiua ſunt in ſubſtantia & ſunt aquæ eorum multum conſolidatiuæ & reſtrictiuæ quandam mediorum habent materiam ſicut eſt alumen omne. Omne etiam atramentorum genus medium eſſe uidetur, eo quòd aliquid lapidoſum in ſubſtantijs eorũ inuenitur. Cauſa autem iſtorum mediorum eſt permixtio uaporabiliter facta materiæ lapidis & metallorũ uel materiæ liquabilium, permiſcetur enim cum multo ſulphure & humor habens aliquid de natura argenti uiui & ex taliter permixtis humoribus & uaporibus & cæteris materijs conuenit quædam media inter utraque produci à natura. Sapiens enim & diligens natura quæ omni materiæ complet aptitudinem ab extremo ad extremum non tranſit ut dicit Ariſtote. niſi compleat omne medium fecit er-

go multa media inter lapides non liquabiles & metalla liquabilia ut in omnibus exhibeat conuenientia & deſyderium boni quod habet unumquodque quod eſt per omnem modum materiæ poſſibilem ut compleatur. Mediorũ autem natura ſummè notandum ad tranſmutationem metallorum, quia in eis conſiſtit plurima ſciẽtia eorũ quæ unum in aliud conuertere nituntur, media enim ſunt quaſi materialia, & iam ſuperius oſtendimus quòd ille qui inconuenienter intendit metallum ad metallum conuertere, oportet quòd primo deducat ipſum ad naturam primam, hoc eſt generi metallico proximam. Tunc aptitudinem ſuam iuuat à uirtutibus diſponentium facilè naturam & accipit ueram ſpeciem metalli quod intenditur, phyſicæ etiam rationes quæ in phyſico auditu determinatæ ſunt, oſtendunt quòd nõ eſt motus de extremo ad extremum niſi per medium. Eſt autem omnium metallorum proprium quòd uidentur incõpleta eſſe in ſpecie, & ideo in quodlibet conuertibilia, medium enim propriè dictum habet informem naturam quam formatam diſtinctam extrema retinent ſicut in ſcientia de ſenſibilibus docebitur. In medio aliquo modo ſecundum formas confuſas ſunt extrema. Propter quòd extrema per ingenium & naturam de medijs reducuntur quando unitur uirtus unius extremi ſuper alterũ.

Sic igitur dictum ſit de medijs in communi nõ oportet enim plura dicere, quia cognitio mediorum eſt per ſua extrema.

De natura ſalis & ſpeciebus et modis. Cap. 1.

VNum de medijs & primum eſt ſal de quo in communi iam ſcimus ex ſcientia Metheo. quòd efficitur ex terreo groſſo & combuſtum eſt poſtquam commixtum erat aqueo, & ideo omne ſal reſolui incipit in aqua frigida & in aëre frigido et humido. Eſt autem ſal multarum diuiſionum, eſt enim ſal marinum ſiue quòd ex aqua ſalſa concretum eſt, & eſt ſal gemma quod eſt ſicut criſtallum perlucidum & in Vngaria abundātiſſimè inuenitur, cuius commixtio eſt terreſtris compoſita, & propter hoc facilè raditur in puluerem, nō autem eſt ex ſolo terreſtri, ſed cum habet aqueam ſubſtantiam frigiditate terræ & cōiunctione congelatam, & ex illa habet quòd eſt perlucidū habet etiam ex eadem quòd liqueſit calido humido & diſtillat aqua ab eo terreſtri ſuo remanēte. Eſt iterū ſal quod uocatur napticum nigrum ex napta quæ eſt in ipſo, ſed cū ſubfumigatur liqueſcit napta & ſeparatur ab eo & tunc fit album. Eſt iterum ſal radicum nigrū ex ſeipſo ex multa aduſtione terræ quæ eſt in ipſo. Eſt etiam adhuc ſal armoniacum qui clarius eſt ad perſpicuitatem accedens. Et forte alij modi ſalis præter iſtos in diuerſis terris inueniuntur quoniam ſal marinum alium habet modum iu mari magno quod attingit Italiam & alium in mari Oceano quod eſt ad aquilonem & tangit Flandriam & Germaniam.

Hoc

Hoc enim quod eſt in mari magno in reflexu maris in locis ubi refluit uel in foueas deriuatum in locis ubi ſtat calor ſolis in fundo conuertitur in ſalem qui eſt magnorum granorum ſicut nix quædam grandinoſe conuoluta. Hoc autem *quod ex mari Oceano aquilonari coquitur de terreſtri fundi & terræ marinæ. Sunt etiam fontes ſalſi in diuerſis Theutoniæ partibus ex quorum aquis coquitur ſal bonũ & paruæ quantitatis quaſi farinatum. De urina etiam hominis & præcipuè puerorum coquitur ſal per operationes alchimicas ſublimationis & diſtillationis. Quocunque autem modo fiat ſal in cõmuni tamen unius eſt naturæ quæ componitur ex terreſtri quòd humidum fuit mixtum combuſti, & quia humido permixtum fuit, ideo cõbuſtum eſt album, & quanto plus comburitur per elixationem uel aſſationem tanto efficitur albior & amarior, ſalſus enim ſapor permixtus eſt amaro ut in ſcientia de ſenſibilibus determinabitur. Propter terreſtreitatem autem omne ſal ſtipticum inuenitur & propter ſiccitatem eſt ipſe exiccatiuus à putredine cõſtrictiuus. Propter caliditatem ſimul & ſiccitatem eſt abſterſiuus, & quia habet acumen in ſapore penetratiuum ideo condit cibaria. Criſtallinus autem ſpecialiter eſt conſumptiuus groſſorum uaporum, ſed quicunque calidior eſt diſſolutiuus congelatorum humorum in commixtis corporibus, & hoc quidem habet omne ſal ſecundum magis et minus. Similiter autem propter ſiccitatem ſimul et inordinationem pororum, cuius inordinatio-*

nis cauſa eſt combuſtio intorquens ordinatos poros habet quòd eſt de numero comminuibilium omnium modorum.

De natura & ſubſtantia atramentorum Cap. 2.

NAtura autem atramenti ſecũdum ſuum genus eſt quòd eſt ſubſtantia omiomera mineralis diſſolubilis per decoctionem in aqua factam permixtam lapidoſæ ſubſtantiæ, quæ nequaquam ſoluitur per elixationem, liquida enim proculdubio primum eſt genus atramẽtorum & fuit per ſe coagulatum. Contra etiam omne atramentum ſecundum ſuum genus quod eſt rancidi guſtus ſtipticũ & adurens ualde unde & inducit craſiam duram quando corporibus apponitur. Eſt autem plurium ſpecierum, aliquod enim eſt album quod arabes uocant al Kadidis & aliquod rubeum quod uocant aſſuriæ, & aliquod citrinum quod uocant al Koſol, & aliquod inuenitur uiride quod nominant al Kacautum & aliquod fuſcum declinans ad nigredinem quod aliquid acceperit lapideitatis. Viride autem quod à quibuſdam uitreolum uocatur & ad quoddã incauſti genus ponitur fortius eſt coagulatum quàm citrinum & tunicas habet groſſiores. Efficatius autem in fuſco genere atramenti eſt quòd ſplendorem quendam auri prætẽdit ſi puluis aureus in ipſo ſparſus obſcurè reluceat. Patet quòd atramẽta omnia ex terra & aqua ſunt, & primò

mò ſunt liquida & poſtea coagulata, & iterum poſtea calido & humido diſſolubilia. Calorem autem accipiunt ſecundum maiorem & minorem ſubtilitatem terrei & decoctionem eius in humido & maiorem & minorem perſpicui aereis immixtionem quando terreum in aqua decoquitur. Eſt autem hoc medium lapidis & metallorum, quoniam & compoſitionem habet lapidis & aliquando ſplendorem metallorum.

De natura & genere aluminum. Cap. 3.

ALumen eſt terreſtris cōpoſitionis, eſt autē tale terreum, quod groſſum eſt & humido cōcretū, quod à cōplemento deficit argēti uiui & tamen aliquod accedit ad illud. Et uidetur eſſe quadā ui coagulatū, quæ quidē nō eſt ſulphuris, ſed aliquid propinquitatis habet cū ſulphure exiſtente. Eſt igitur colore albū frequētius, & cū aſſatū fuerit opteſi diſtillat ab eo quædā aqua ferè ſicut à ſalgemma. Eſt autem quod frequentius occurrit & cuius utilitas maior eſt trium ſpecierum uidelicet longum & ſciſſile ualde quod in ſciſſuris plumoſum apparet & habet colorem argento ſimilem. Secundum autem eſt quod eſt ſiccum & rotundum ut mollis lapis & in ſplendore argenti, & albedine parum declinans à præcedente & non eſt ita efficax, ſicut id quod dictum eſt & hoc à quibuſdam uocatur rotundum. Tertium autem eſt ſiccum quaſi

petroſum declinans ad citrinitatē, & hæc omnia tria ſunt de facili diſſolubilia. Optimum *eſt ſciſsibile præſertim recens candidiſsimum guſtu per quam aſtringens, graue olēs calculorum expers.* Reperitur *quoque lapis huic alumini perſimilis qui guſtus inditio dignoſcitur q, non aſtringat.*

De modo et natura Arſenici. Cap. 4.

R*Eſtat nos de* A*rſenico terminare ad præſens, dicimus igitur, quoniam eſt de ſubtili materia & ſimili cum ſulphure, icarco non oportet illud aliter deffiniri quàm ſulphur, in hoc autē diuerſificatur à ſulphure, quia eſt albedinis tinctura de facili, rubedinis autem difficillimè, ſulphur uerò rubedinis de facili, albedinis autem difficillimè.* E*ſt autem ſulphuris & arſenici duplex genus, citrinum quoque & rubrum, quæ ſunt arti* A*lchimiæ utilia, reliqua autem multa genera non.* F*igitur autem* A*rſenicum ſicut ſulphur.* V*triuſque uero ſublimatio ex metallorum calcibus melior eſt, non ſunt autem ſulphur &* A*rſenicum materia perfectiua operis* A*lchimiæ ut quidam putarunt.* N*on enim completa ſunt ad perfectionem, habent autem adminiculum perfectionis in caſu.* E*ligatur autem lucidum & ſquamoſum & ſciſsibile.*

De

De natura & modo marchaſitæ & Magneſiæ. Cap. 5.

Sufficienter determinauimus de natura & eſſentia atramentorum aluminum & Arſenici, nunc ad ipſius marchaſitæ & magneſiæ naturam accedemus. Dicimus igitur quòd marchaſita duplicem habet in ſui creatione ſubſtantiam argenti uiui ſcilicet mortificati, & adfixionem approximantis, et ſulphuris adurentis. Ipſam habere ſulphureitatem, comperimus manifeſta experientia. Nam cum ſublimatur, ex illa emanat ſubſtantia ſulphurea manifeſta comburens. Et ſine ſublimatione ſimiliter perpenditur illius ſulphureitas. Nam ſi ponatur ad ignitionē non ſuſcepit illam priuſquam inflammatione ſulphureis inflammetur & ardeat. Ipſam uerò argenti uiui ſubſtantiam manifeſtatur habere ſenſibiliter. Nam albedinem præſtat Veneri meri argenti, quemadmodum et ipſum argentum uiuum, & colorem in ipſius ſublimatione cœleſtium præſtare, & luciditatem manifeſtam metallicam habere uidemus, quæ certum reddunt artificem Alchimiæ, illam has ſubſtantias continere in radice ſua.

Magneſia uerò ſulphur plus turbidum & argentum uiuum magis terreum & fœculentum, & ipſum ſulphur ſimiliter magis fixum & minus inflammabile habere, per eaſdem probare experientias manifeſtè poteris, & ipſam magis naturæ martis exprimere.

De natura nitri. Cap. 6.

NItrum aũt ex nitrea Inſula, ubi primò inuentũ eſt ſic uocatur, Arabes Baurach nominãt, eſt aũt de genere ſalis obſcurius quam Salgẽma, tñ eſt perlucidũ, ſed eſt laminoſum tenue. Eſt aũt illud aſſabile in igne & tunc amiſſa aquoſa ſubſtãtia ſuperflua efficitur ſiccũ magis com buſtũ, et tunc erit acutius ſal ipſum. Species aũt eius diſtin guntur ſecundũ loca in quibus naſcitur. Eſt aũt tripliciter inuentũ apud nos, Armenicũ uidelicet & Affricanũ, & Theutonicũ, quod in loco qui Goslaria dicitur abundãter inuenitur, ita q, pluuia cadente ſuper montẽ qui plenus eſt minera cupri, & colata aqua pluuiæ per mentẽ qñ uenit ad cẽtum paſſus in foueã quã fecerunt foſſores, cõuerſa ui= detur aqua in nitrum, quod tñ putatur ab incolis eſſe ſal= gẽma, ſed ego uiſu et tactu probaui eſſe nitrum. Stat aũt in concauo mõtis ad modum & formã qua glacies generatur in tectis, & aqua à tecto ſtillante tẽpore gelantis frigoris, et hoc non eſt laminale ſed rotundum. Comparatio autem nitri affricani ad cæteras ſpecies nitri, eſt cõparatio nitri ad ſalem. Spuma autem nitri omnis quæ aliquando flos ni= tri uocatur, ſubtilioris eſt ſubſtãtiæ et uirtutis, quã ipſum nitrum, melior autem eſt ſpuma illa quam prætendit co= lor marmoris & eſt multum frangibilis. Eſt autem omne nitrum calidum & ſiccum, & ideo operationes eius ſunt quòd eſt inciſiuum lauatiuum, excoriatiuum, corroſiuum, & præcipuè Affricanum, quod acutius eſt cæteris.

De

De natura tuthiæ Cap. 7.

Tvthia autem cuius uſus frequens eſt in tranſmutationibus metallorum eſt artificialis et non naturalis commixtio: fit autem tuthia ex fumo qui eleuatur ad ſuperius, & adhærendo corporibus duris coagulatur, ubi purificatur æs à lapibibus & ſtanno quæ ſunt in ipſo: melius autem in hoc genere eſt, ex eo quod ſublimatur ab illo & tunc illud quod in tali ſublimatione reſidet in fundo eſt climia, quæ uocatur à quibuſdam ſuccudus. Sũt autem multi modi tuthiæ, eſt enim alba & citrina ad rubedinem declinans, quando autem lauatur tuthia reſidet in fundo quoddam, ſicut fex tuthiæ, nigrum aliquando hoc uocatur à quibuſdam tuthia Inda. *Differentia autem inter ſuccudum & tuthiam eſt quam diximus, quia ſcilicet tuthia ſublimatur et ſuccudus eſt quod reſidet in fundo canalis non ſublimatum.* Melior *autem eſt uolatilis alba, & deinde citrina & deinde rubea, recentior enim melius ualet quàm uetuſta.* Eſt *autem omnis tuthia frigida & ſicca, & illa quæ abluta eſt melius ualet in operationibus iſtis.*

De natura et proprieratib. electri. Cap. 8.

Mvlti antiquorum non minus inter media, ſed inter metalla poſuerunt electrum, quod Arabes *tinchar uocant, quidam autem ipſum capiſtrum auri uocauerunt: habet autẽ colorem mixtum ex auro et argento*

& ideo etiam duo ſunt genera huius metalli, eſt enim artificiale, quod ex argento & nitro ſimul mixtis confectum eſt: aliud autem eſt minerale & naturale, quod antiqui omni metallo melius eſſe dixerunt, neſcio quare, niſi quia ſibi hunc effectum attribuerunt, quòd ſtridorem emittit, uas factum ex tali electro, quando uenenum eſt immiſſum in potu quod in uas mittitur ſicut ſtridet nitrum, quando infunditur ſibi acetum, cum autem colorem habeat argenti & auri mixtum, proculdubiò & proprietatem habet utriuſque et naturã. De mixtis *igitur homogeneis, et non complexionatis, neque animatis ſecundũ hunc modum dictũ ſit.* Ex *dictis enim omnia quæcunque hic non nominata ſunt de facili poterunt cognoſci.*

In

INDEX LIBRORVM ALBERTI MAGNI DE MINERALIbus & rebus metallicis.

Liber mineralium Alberti Magni, libros quinque continet partiales.

Primus liber quatuor tractatus continet.

Tractatus primus eſt de lapidibus in communi.

Tractatus ſecundus eſt de accidentibus lapidum.

Primus tractatus continet octo capitula.

Præfatio. Quæ eſt intentio, quæ diuiſio, modus & dicendorum ordo. *pagina.107.*

Cap.1. De materia lapidum. *pa.111.*

Cap.2. De perſpicuitate lapidum. *pa.114.*

Cap.3. De cauſa generatiua ſiue effectiua lapidum ſecundum diuerſas opiniones philoſophorum. *pa.118.*

Cap.4. De cauſa effectiua lapidum ſecundum ueram ſententiam, & de proprio inſtrumento ipſius. *pa.122.*

Cap.5. De forma ſubſtantiali lapidum. *pa.125.*

Cap.6. De commemoratione lapidum, in quibus locis generantur lapides. *pa.128.*

Cap.7. Cauſa quare quædam loca generant lapides & quædam non. *pa.130.*

Cap.8. De uirtute loci qualiter operatur in natura lapidum. *pa.134.*

Secundus tractatus octo continet capitula.

Præfatio. De *his quæ per ſe acidunt lapidibus ſiue de his quæ bene & male commixta ſunt.* *pa.* 139.

Cap. 2. De *cauſa diuerſitatis colorum in lapidibus præcioſis.* *pa.* 139.

Cap. 3. De *cauſa colorum in lapidibus perſpicuis nec terminatis nec præcioſis* *pa.* 145.

Cap. 4. De *cauſa duriciei diuerſæ quæ eſt in lapidibus.* *pa.* 147.

Cap. 5. De *dolabilitate & indolabilitate lapid.* *pa.* 150.

Cap. 6. De *cauſa poroſitatis & compactionis lapidum & grauitatis & leuitatis eorundem.* *pa.* 151.

Cap. 7. De *cauſa multitudinis paruorum lapidum iuxta littora.* Et *de ordine laterum qui aliquando in littoribus quaſi artificialiter poſiti inueniuntur.* *pa.* 152.

Cap. 8. De *quibuſdam lapidibus habentibus intus & extra effigies animalium.* *pa.* 154.

Liber ſecundus de mineralibus duos habet tractatus.

Primus tractatus inueſtigat cauſam uirtutis lapidum & deſcriptiones eorum & ſigilla quæ inueniuntur in quibuſdam depicta. *Secundus tractatus eſt de lapidibus præcioſis & eorum uirtutibus.*

Tertius tractatus eſt de ſigillis lapidum, & qualiter eſt dicendum de ſigillis, & quot ſunt modi ſigillorum & de expertis.

Primus tractatus habet quatuor capitula.

Cap.1. Eſt de cauſis uirtutũ lapidũ precioſorũ & redargutione dicentiũ in lapidibus non eſſe uirtutes. pa.155.
Cap.2. De quatuor opinionibus philoſophorum circa cauſam uirtutum lapidum. pa.159.
Cap.3. De improbatione dictarum opinionum. pa.164.
Cap.4. De uera cauſa uirtutis lapidum precioſorum. pa.167.

Secundus tractatus habet uiginti capitula.

Cap.1. Eſt de lapidibus precioſis incipientibus à litera A. pa.169.
Cap.2 De incipientibus à litera B. pa 173.
Cap.3. De incipientibus à litera C. pa.175.
Cap.4. De nominibus lapidum incipientibus à litera D. pa.179.
Cap.5. De incipientibus à litera E. pa.181.
Cap.6. De incipientibus à litera F. pa.184.
Cap.7. De incipientibus à litera G. pa.185.
Cap.8. De incipientibus à litera I. pa.188.
Cap.9. De incipientibus à litera K. pa.191.

Cap.10. De incipientibus à litera L. pa.191.
Cap.11. De incipientibus à litera M. pa.191.
Cap.12. De incipientibus à litera N. pa.195.
Cap.13. De incipientibus à litera O. pa.196.
Cap.14. De incipientibus à litera P. pa.198.
Cap.15. De incipientibus à litera Q. pa.200.
Cap.16. De incipientibus à litera R. pa.200.
Cap.17. De incipientibus à litera S. pa.201.
Cap.18. De incipientibus à litera T. pa.206.
Cap.19. De incipientibus à litera V. pa.207.
Cap.20. De incipientibus à litera Z. pa.207.

Tractatus tertius continet ſex capitula.

Cap.1. Eſt de imaginibus & ſigillis lapidum. pa.208.
Cap.2. De figuris lapidum à natura factis. pa.211.
Cap.3. De cauſa quare gēmæ primitus inſculpi præcipiebantur, & quòd ſit iuuamentū in ipſis ſigillis. pa.215.
Cap.4. Qualiter imago dicatur Orientalis Occidentalis meridionalis uel aquilonaris. pa.218.
Cap.5. De ſignificationibus imaginū in lapidibus. pa.221.
Cap.6. De ligaturis & ſuſpenſionibus lapidum. pa.225.

Liber tertius duos continet tractatus.

Primus eſt de ſubſtantialibus metallorum.
Tractatus ſecundus eſt de actionibus metallorum.

Primus tractatus habet decem capitula.

Cap.1. Quæ ſit libri intētio et qui dicēdorū ordo. pa.230.

Cap.2.

Cap.2. De propria materia metallorum. pa.233.
Cap.3. Quare lapis non producitur nec liquatur ſicut metalla. pa.237.
Cap.4. De ſententijs antiquorum & de materiā metallorum. pa.239.
Cap.5. De cauſa efficiente & generatiua metallorum in communi. pa.243.
Cap.6. De forma eſſentiali metallorum. pa.246.
Cap.7. De opinione Caliſtenis ponentis tantum unam formam metallorum. pa.250.
Cap.8. De opinione Hermetis & aliorum philoſophorum dicentium in quolibet metallo plures eſſe formas. pa.254.
Cap.9. Vtrum ſpecies metallorū poſſint aduinuicem trāſmutari ſicut dicunt alchimici. pa.257.
Cap.10. De loco generationis metallorum. pa.259.

Tractatus ſecundus continet ſex capitula.

Cap.1. De liquefactione & congelatione metallorum. pa.266.
Cap.2. De ductibilitate metallorum. pa.269.
Cap.3. De colore metallorum. pa.271.
Cap.4. De ſaporibus & coloribus metallorum. pa.275.
Cap.5. De cremabilitate & incremabilitate metallorum. pa.277.
Cap.6. Quòd generatio metallorum ad ſe inuicem eſt circularis. pa.280.

Liber quartus unicum habet tractatum in quo determinatur de metallis in ſpeciali & continet capit.7.

Præfatio,eſt de his quæ quaſi uniuerſalia metallorũ ſunt ſicut pater & mater ſcilicet ſulphur & argentum uiuum. *pa.*283.
Cap.1. De *natura argenti uiui.* *pa.*286.
Cap.2. De *natura plumbi.* *pa.*163.
Cap.3. De *natura & proprietate ſtanni.* *pa.*165.
Cap.4. De *natura & complexione argenti.* *pa.*167.
Cap.5. De *natura & commixtione æris.* *pa.*169.
Cap.6. De *natura & admixtione auri.* *pa.*171.
Cap.7. De *natura & commixtione ferri.* *pa.*174.

Liber quintus unicum habet tractatum. in quo determinatur de mediis mineralibus quæ media inter naturas lapidum & metallorum eſſe uidentur.

Præfatio. Eſt *de his quæ conueniunt medijs.* *pa.*177.
Cap.1. De *natura ſalis & ſpeciebus & modis.* *pa.*178.
Cap.2. De *natura & ſubſtantia atramentorum.* *pa.*180.
Cap.3. De *natura & genere aluminum.* *pa.*180.
Cap.4. De *modo & natura arſenici.* *pa.*181.

Cap.5. De natura & modo marchaſitæ. pa.181.
Cap.6. De natura nitri. pa.182.
Cap.7. De natura Tuthiæ. pa.182.
Cap.8. De natura & proprietatibus electri. pa.183.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Impreſſum Venetijs, apud Petrum Schœffer Germanum Maguntinum. Anno

M. D. XLII.



Venundantur Venetijs apud Io. Baptiſtam
ſub inſignio Turris.